

*Testamento sacramental de Berenguer de Ripoll, en el que, entre otras cosas, expone su deseo de ser enterrado en el cementerio de San Cugat, al cual lega diez maravedises para las obras.*

REGESTA : BALARI, *Orígenes*, 551, 637. — FALGUERAS, *Els Constructors*, 10.—MAS, *Tau-la*, iii, 407 ; *Notes*, v, 208-9. — CARRERAS, *Palomas*, 205, nota 33 (y en el extracto, pág. 49).

A. C. A., Cart., f. 65, n.º 250, y f. 303, n.º 924.

Hoc est translatum, fideliter translatum ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti Berengarii de Rivopollo nomine, cuius {ordo} infra vi menses coram sacerdote et iudice Guillelmo legaliter actus est. Nos Bernardus de Toreio et Raimundus de Palomar, testes et iuratores sumus; testificamus namque iurando per Deum vivum et verum et per altare s. Felicis, martiris, quod est constructum in ecclesia beatorum martirum Iusti et Pastoris infra menia urbis Barchinone, supra cuius sacro sanctum altare has condiciones manibus propriis iuramus, quia vidimus et audivimus, et rogati ab ipso conditore extitimus quando iam dictus testator detentus egredditudine, set tamen memoria integra et loquela perfecta, fecit suum testamentum. Elegit manumissores suos, scilicet matrem suam et Bernardum, fratrem suum, ac Gaufridum de s. Columba, atque Guillelmum Umberti, sacerdotem, ita ut si obiret, quod et fecit, antequam altum testamentum faceret, distribuissent omnes facultates suas, sicut inibi invenirent ordinatum. Primum dimisit ad opera s. Cucuphatis x morabetinos marinos, et iussit corpus suum sepeliri in eiusdem cimiterio; concessit s. Marie de Podio v morabetinos, et s. Iacobo de Galicia v morabetipos; dimisit s. Crucis sanctaque Eulalie sedis Barchinone iii morabetinos; et concessit s. Ollegario morabetinum i, et episcopo eiusdem sedis ii morabetinos, et ad Miliciam Templi, morabetinos v et i espadam et scutum et lanceam; et hospitali Ierosolimitano v morabetinos et ad opera s. Stephani de Rivopullo ii morabetinos, et predicto s. Cucuphati ii morabetinos; dimisit xxx. morabetinos per missas; concessit matri sue sciphum i argenti; concessit sorori sue Ermesendi cavallum suum sarracenum minorem et x morabetinos in vestimentis; dimisit matri sue et Bernardo fratri suo alios suos sarracenos et sarracenas suas; dimisit ad predictam Militiam Templi suam loricam, ita ut sui manumissores rediment eam de viii morabetinos mercaders. Concessit xii morabetinos ut rediment i captivum; prescripti morabetini essent paccati de c morabetinis quos illi debebat Berengarius de Vicho, et est ad Carnestoltas terminum. Dimisit suum mansum de Lifiano integriter Bernardo, fratri suo, ut haberet eum omnibus diebus vite sue, et post obitum eius concessit ipsum mansum Petro, fratri suo, quod si frater suus Petrus discederet ex hoc seculo sine infantibus legitimis, post obitum eius reliquid ipsum mansum s. Cucufati prescripto. Concessit fratribus suis, Bernardo et Petro, alodium quod emit de militibus de Torredela, et post obitum eorum dimisit eum ad Miliciam Templi; et suos albars dimisit Bernardo, fratri suo. Concessit Petro, fratri suo, espadam suam argenti. Dimisit i mulam, ut sui manumissores donassent ea pro anima sua, ut melius eis visum fuerit. Dimisit ad Hospitalem Ierosolimitanum lectum suum quod habebat apud Narbona. Sua vascula et aliud suum avere

dimisit matri sue et Bernardo fratri suo. Deprecatus est dominum suum, Guillelmum Raimundi, ut hec prescripta iussisset ita facere sicut dictum est superius. Concessit Guillelmo, fratri suo, fevos suos quos tenebat per Gaufredum dominum suum de s. Columba et per Petrum de Torredela. Dimisit Raimundo de Palomar et patri suo v. morabetinos et suam tunicam. Concessit Guillelmo Umberti, sacerdoti, ii morabetinos. Hoc totum ita ordinavit iam dictus testator in suo testamento viii.º kal. dec., a.º dominice Incarnationis CXLIII.º post millesimum, et post obitum suum sic stare mandavit; deinde, ingravescente langore, discessit ab hoc seculo vni.º kal. ianuarii, a.º prescripto. Hanc igitur ipsius testatoris ultimam voluntatem nos prescripti testes, sicut vidimus et audivimus et rogati ab ipso conditore extitimus in prescripto altari coram sacerdote et iudice, et testibus manibus propriis iurando, veram esse fideliter corroboramus. Atque ex hoc aliter non mutavit suam voluntatem, nobis nescientibus.

Actum est hoc sacramentum vii.º kal. marc., a.º prescripto dominice Incarnationis, et Ledoyci iunioris viii.º

S + m Bernardi de Toreio; S + m Raimundi de Palomar, huius rei testes et iuratores; S + m Berengarii de Morera; S + m Petri de Sanauga; S + m Bernardi, levita; S + m Geralli, presbiteri; S + m Bernardi de Orta; S + m Petri Dominici, presbiteri; S + m Petrus, presbiteri; S + m Guillelmi, sacerdotis ac iudicis.

S + m Petri, presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Geraldi, presbiteri, ss.; S + m Raimundi, presbiteri; S + m Petri, presbiteri, ss.; S + m Arberti Frenarii; S - fm Berengarii Poca Sang; S + m Berengarii de Torrente; S + m Raimundi Ferrarii, nos huius translati testes.

S + m Petri de Corron, qui hoc scripsit translatum viii.º idus iunii, a.º Domini MCLXXXVIII.º

962.

1145, marzo 13.

*Poncio Bertrán y su esposa entregan a Oliver, presbitero, y a su hermano unas tierras sitas en Sabadell, un huerto y unas casas, a censo de unas gallinas.*

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.º 503 (olim 13).

Sit notum cunctis quod ego Poncius Bertrandi et uxor mea Marchesa, qui vocant Peretam, damus et laudamus et autoritzamus tibi Olivario, presbitero, et fratri tuo || Rodlando Oliveria et progeniei eius atque posteritate illas tenedones, quas Petrus Guillelmi et uxor eius Ermessendis et iam dicta uxor mea vobis dederunt. Sunt iam || dicte tenedones terras et vineas simul iunctas, que sunt in comitatu Barchinone, in Vallensi infra terminum chastri Arrahona, in parroechia s. Felicis, ad ipsam || pariliatam s. Cucuphatis, sicut terminatur: ab oriente in ipso margine qui dividit cum manso de super Maimo, a meridie in strata Mercadera et in vinea Arnalli Cuti, || ab occiduo in carrera qua itur de s. Felice ad Antigam, a circio in fevo de Arr{a}ona et in tenedone de nobis donatoribus que est iuris s. Cucuphatis, sic damus et laudamus vobis || prenomnatis et vestris predictas tenedones cum ingressibus et egressibus integriter, excepta una semodiata vinee cum terra ad mensuram vetulam, minus

unum iornal, || quam nobis retinemus. Et damus et laudamus vobis ipsum ortum ipsa riera Rivopolti in ipsa fexa s. Cucuphatis cum medietate de ipsa nogera, tali modo, ut prenominatus || tenedones, terras, scilicet et vineas et iam dictum ortum cum medietate de ipsa nogera qui, est iuxta terra de Felice vos et progenies iam dicti Rodlandi in sana pace te || neatis, laboretis, possideatis et expletetis secure et quiete et integriter, salva tasca s. Cucuphatis. Iterum damus et laudamus vobis et vestris ipsam casam que fuit Guillelmi Ugonis || cum ipsa chaseta que cum eadem domo se tenet, que sunt de nostra manudia, quam tenemus per s. Cucuphatem, ut abeatis in sana pace et possideatis et teneatis et per censum earum || donetis nobis et nostris annuatim i parilium gallinarum. Iterum damus et laudamus vobis ipsam chasam de ipso || Casal, que est ad nostram portam, et per censum illius donetis nobis i pa || rilium gallinarum annuatim, sicut superius est dictum laudamus vobis et vestre progeniei et illis quibus vos predicta omnia dederitis testamento vel verbis. Et si prenominata omnia vendere || vel inpigner{a}re volueritis ut nobis vel nostris vendatis vel impigneretis per laudamentum proborum hominum; et si infra x dies ex quo in nobis vel in nostris fatig{a}ti fueritis predicta || omnia emere vel in || pignorare accipere noluerimus sive noluerint deinde liceat vobis vel vestris vendere vel impignerare vestro consimili laboratorum. Salva prenominata tascha et censo predicto. || Si quis hoc disrumpere presumpserit, nil valeat et in duplo componamus, sive componat supradicta, et insuper hoc scriptum omni tempore maneat firmum.

Actum est hoc iii.º idus marcii, a.º viii.º reg || ni Lodoyci iunioris.

S+m Poncii Bertrandi; S+m Marchese, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus; S+m Petri Bernardi; S+m Arnalli Raimundi; S+m Petri Raimundi, presbiteri; || Bernardus, monachus, camararii; S+m Petri Raimundi de Bellog.

S.+m Petri, presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

S+m Guillelmus, monachus et levita, qui hoc translatum fecit cum litteris fuis in tercia decima linea.

963.

1145,

abril 10.

*El abad de San Cugat da al clérigo Armengol en feudo el alodio de las Cuadras..*

REGESTA: MAS, *Taula*, iv; *Notes*, v, 209. — PERAY, *San Cugat*, 121.

A. C. A., Cart., f. 139v, n.º 451.

Omnibus hominibus pateat, qualiter ego Ermengaudus, s. Cucuphatis abbas, cum omni mihi comisso conventu, damus tibi Ermengaudo, clerico, alodium nostre ecclesie pro fevo, qui est in comitatu Barch., in Penitense, in parrochia s. Petri de Avinione, in loco vocitato Monteergui, sive ad ipsas Cuadras. Est quidem in uno loco pecia una, ubi ipsum casilicium est supra domus iam dicti Monte Ergui; et in alio loco, mediam pariliatam, iuxta iam dictas domos, quod fuit alodium Guillelmi Bernardi. Insuper damus tibi fexam unam, quam tu ipse tenuisti per Guillelmum Bernardi et modo abes per nos. Damus tibi etiam et aliam peciam terre, ex tenedone quam Petrus Berengarii tenebat per

nos, sicut terminatum est inter te et nos. Hec omnia tibi damus per fevum sicut terminatum est; ut abeas et teneas ad servitium s. Cucuphatis et nostri, et post obitum tuum revertatur integritur in dominium s. Cucuphatis; et non liceat tibi inpignorare hoc nec qualicumque modo in aliam personam mutare, sed abeas tantum in vita tua ad servitium s. Cucuphatis et nostrum. Si quis hoc infringere voluerit, non valeat, sed alteri in duplo componat, et deinceps firmum permaneat.

Quod est actum iiii.º id. apr., a.º viii.º regni regis Ledoyci iunioris.

Ermengaudus, gratia Dei s. Cucufatis abbas, +; Alerandi, monachi; Guillelmus, monachus; Geraldus, monachus; Poncius, monachus; Berengarius, monachus; Stephani, monachi; Poncii, monachi; Raimundus, monachus.

964.

1145,

junio 10.

*Testamento sacramental de Vidiano. (Véase el doc. n. 952.)*

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 599; *Notes*, 209-10 —CARRERAS, *Palomas* (extracto), pág. 72, nota 162; *Argenton*, 31 y 92.

A. C. A., Cart., f. 136, n.º 441.

Ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti, Vidiani nomine, cuius ordo infra vi menses coram sacerdote et iudice Guillelmo legaliter actus est; nos Poncius Hospitalis, et Poncius, presbiter, de Barberano, testes et iuratores sumus. Testificamur namque iurando per Deum vivum et verum et per altare s. Felicis, quod est consecratum in ecclesia beatorum martirum Iusti et Pastoris infra menia urbis Barchinone, supra cuius sacro sanctum altare has condiciones manibus propriis iuramus, quia nos vidimus et audivimus et rogati ab ipso conditore exitimus, quando iam dictus testator volebat pergere ad s. Iacobum Gallicie, et fecit suum testamentum, elegit manumissores suos videlicet confratres Hospitalis Iherosolimitani et uxorem suam Neviam, et Guillelmum, filium fratris sui Bereigarii Guadalli, ita ut si ipse obiret ante quam alium testamentum faceret, distribuissent suum avere, et suum honorem, sicut ipse iniunxit in ipsa pagina. Primum dimisit s. Cucufati corpus suum, tali modo, ut si opus esset fecissent eum adducere ibi, et dimisit altari s. Iacobi, qui est constructum in ipsa ecclesia s. Cucufatis, alodium suum de Penitense, illud scilicet de Minone, et illud suum alodium quod habebat et habere debebat in termine de castro de Olerdola, et omne alodium quod habebat et habere debebat in terminio de Fodexa, in parrochia s. Cucuphatis de Muscarra, tali modo ut tenuisset coniux sua totum ipsud alodium omnibus diebus vite sue, post obitum vero suum remansisset totum illum alodium predicto altari s. Iacobi. Tali modo ut semper cotidie cantetur missa defunctorum in predicto altari pro anima sua, et pro omnibus fidelibus defunctis, et si hoc non fuisset ita factum obsecravit confratres Hospitalis quos dimisit suos manumissores pro redemptione animarum suarum, rogavit eos et per bonam fidem, ut donassent ipsum totum alodium tali venerabili loco, ut ita esset factum sicut scriptum est superius. Dimisit Hospitali predicto alodium suum \* totum \* quod habebat et tenebat in Villa Piscina. Dimisit milicie templi suum cavallum, et suas armas. Conces-

sit s. Marie de Barberano et suo sacerdoti iiii morabetinos per missas, et concessit s. Petro de Clera omnem suum alodium quod habebat et tenebat in parrochia s. Iuliani de Argentona, quod emerat de Petro Fulconis de Corbera Dimisit Guillelmo, filio Berengarii Guadalli, illam kastellaniam s. Vincencii, et omnes fevos quos tenebat per cunctos seniores suos, et fevum quod tenebat per Bengariam. Et fuisset soluta sua debita. Et dimisit coniugi su[e] domum s. Columbe cum suis tenedonibus, ut habuisset et tenuisset eam usque ad v annos completos, et medietate de suo mobili exceptus i cavallum et suas armas, quod suprascriptum est. Et item dimisit ei quartam partem de ipso avere de suas pignoras. Aliam quartam partem dimisit Hospitali iam dicto. Aliam medietatem de suo mobili et medietatem de ipso avere de suas pignoras donassent sui manumissores fideliter pro anima sua in missas, et in sacrificiis, et in servicio Dei, ut ita medietatem iam dictam accepissent confratres Hospitalis cum ccc solidis et LX morabetinos quos comes ei debebat, qui iam dicto fuissent divissi similiter et tenuissent et habuissent s{u}i manumissores confratres Hospitalis illam pignoram qua tenebat de Guillelmo Dapifero per XL morabetinos, et aliam pignoram qua tenebat de Balluvino de Orta per XLVI morabetinos, et aliam pignoram quam tenebat de Guillelmo kastro Vetulo per L. morabetinos, et aliam pignoram qua tenebat de Balluvino iam dicto per ii morabetinos. Et si isti predicti volebant redimere, ipsas pignoras, habuissent potestatem redimendi, et si volebant redimere tenuissent manumissores ipsas pignoras tantum usque inde habeant predictum avere, et postea fuissent solute, et ipsum avere fuisset ita divisum, sicut superius est scriptum. Et dimisit suum tapid ad s. Cucuphatem, ut non fuisset licitum vendendi, sed semper mansisset ante eiusdem altare. Et scissent cuncti quod mansum ubi habitabat \*Geraldus Iohannis et mansum ubi habitabat \* Rossa de Podio, sunt de ipsis fevis quos dimisit supernominato Guillelmo, filio fratris sui Berengarii Guadalli. Et obsecravit suos manumissores confratres Hospitalis et alios per Deum et bonam fidem, ut hoc fecissent, sicut scriptum est superius, per Dominum nostrum. Hoc totum ita ordinavit iam dictus testator in suo testamento vi.º nonas october, anno vii.º regni regis Ledoyci iunioris, et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde rediens a s. Yacobo, vixit usque octavum annum predicti regis Ledoyci iunioris, in quo anno discessit ab hoc seculo in mense maii immutata hac voluntate. Hanc igitur ipsius testatoris ultimam voluntatem, nos prescripti testes sicut vidimus et audivimus et rogati ab ipso conditore extitimus in prescripto altari coram sacerdote et iudice et testibus manibus propriis iurando veram esse fideliter corroboramus, atque ex hoc aliter non mutavit suam voluntatem, nobis scientibus.

Actum est hoc sacramentum iiii.º id. iunii, a.º viii.º regni prefixi regis Ledoyci.

S+m Poncii, servi Hospitalis; S+m Poncius, presbiter de Barberano, huius rei testes et iuratores; S+m Bene Encase Pellicerii; S+m Guillelmi Dionisii; S+m Poncii, levita, nos qui sacramento presentes adfuimus; S+m Guillelmi, sacerdotis ac iudicis; S+m Ricardi Pellicerii; S+m Bernardi Petri.

S+m Petri, qui hoc scripsit, die et anno quo supra.

965.

1145,

noviembre 10.

*Guilia entrega a su hijo Ticio unas tierras sitas en Gavá.*

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 611. — MAS, *Notcs*, v, 210.

A. C. A., Cart., f. 267 v, n.º 829.

Sit notum cunctis, quod ego Guilia, femina, que fui uxor qd. Berengarii Guillelm de Gavano, libenti animo et bona voluntate, pro multis et magnis serviciis que michi habes facta, karissime fili, dono tibi filio meo Ticioni ipsam pariliatam terre quintalem cenobii s. Cucuphatis, qua per vocem et per leexam iam dicti viri mei habeo et teneo in comitatu Barchinone, infra terminum chas-tri Eraprunia, subtus Gavanum. Sicut terminatur: ab oriente in alodio qd. Petri Adalberti, ab occiduo in carrera et in manso Ciboti, a circio in alodio comitis, sicut prenominatam pariliatam terre cum ingressibus et egressibus integritur, ut dici vel intelligi potest melius, ad tuum salvamentum, de meo iure in tuum trado dominium et potestatem habendam et tenendam et in sana pace possidendam ad quicquid exinde facere volueris ad tuum libitum, salvo quinto s. Cucuphatis. Si quis hoc disrumpere presumpserit, in duplo componat, et in-super semper maneat firmum.

Actum est hoc iii.º idus nov., a.º viii.º regni Ledoici iunioris.

S+m Guilie, femine, que hoc laudo et firmo, firmarique rogo; S+m Bruni de Gerunda; S + m Raimundi Estancii; S + m Raimundi Estancii; S+m Rai-mundi Alberti.

S + m Petri, presbiteri, qui hoc scripsit cum litteris emendatis in linea iii.º. et in x. die et anno quo supra.

966.

1146, marzo 19.

*Pedro Brunet da al Monasterio laspropiedadesque posee en la Roca de Guvá.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 210-11 (n.º DCCCXXIII).

A. C. A., Cart., f. 267 v, n.º 828.

Sit notum cunctis qualiter ego Petrus Brunet, donator sum Domino Deo et s. Cucuphati et tibi Bertrando, preposito, in omnes meas hereditates quod habeo vel habere debeo in Erapruniano, in loco vocitato ad ipsa Rocha de Gavano vel in aliis locis, libram unam cere per sensum annuatim, in festivitate s. Cucuphatis. Si quis hoc disrumpere voluerit, non valeat, sed alteri in duplo componat, et hec donacio firmam persistat.

Quod est actum xiiii.º kal. apr., a.º viii.º regni regis Ledovici iunioris.

S + m Petrus Brunet, qui hoc firmo et testes firmare rogo; S+m Bernardi; S + m Belot; S+m Petrus Poc.

Berengarius, monachus, qui hoc scripsit cum literis superpositis in linea iii.º die et anno quo supra.

*Testamento de Berenguer Umberto, en el que elige sepultura en el Monasterio, para lo cual deja cinco sueldos; asimismo lega a la limosna del cenobio un viñedo, unas tierras junto al collado de "Laceras", la sexta parte de un manso, etc., bajo las condiciones que se expresan.*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 330; *Notes*, v.  
A. C. A., Cart., f. 51v, n.º 185.

Nullus nascitur, qui non moriatur. Qua propter in Dei nomine. Ego Berengarius Umberti iaceo in lectulo meo detentus in egritudine, et propter timorem Dei et mortis mee facio hunc meum testamentum, et rogo ut sint manumissores mei, Petrus, clerici, et Bernardus Iozfredi, atque Petrus Girigerti, ut distribuant omnes res meas sicut iniungo in hac pagina. In primis, si mors mihi contigerit, dimitto corpus meum s. Cucuphatis ad sepeliendum, cum v solidos denariorum ad ipsos seniores in caritate pro anima mea. Dimitto Domino Deo et ipsius helemosine s. Cucufatis quarteradam unam vinee simul cum terra ad ipsum planum, et in alio loco peciam unam terre ad ipsius collum de Laceras. Iterum dimitto iam dicte helemosine sextam partem in uno manso alodium meum proprium quod mihi advenit per vocem vel laxationem matris mee, et quod habeo vel habere debeo cum meis heredibus, et tenet Bernardus Erumir, per me vel per alios heredes, et aliam terciam partem dimitto in eodem loco quem teneo in pignus de Raimundo Ermengaudi, per unum morabetinum, quod ipse mihi debebat ad diem obitus suis. In tali conventu hoc teneo et habeo, ut si redimere voluerint filii eius, donent predictum morabetinum ipsius helemosine, et sit persolutum eis prefatum pignus; et dimitto barrilum i, et cubum i, et podadora i. Hoc totum dono atque concedo s. Cucuphatis et eius elemosine, ut habeat et teneat in perpetuum, et ipsis seniores prefato loco rogent Deum pro anima mea et pro meis facinoribus, ut ille mihi indulgeat. Est autem prefatum alodium inferius scriptum, simul cum pignora, in loco ubi dicunt Mille Annos. Dimitto ad Maienciam, nepotem meam, ipsa domo quem teneo et habeo per iam dictam elemosinam, ut simili modo teneat et habeat in vita sua, et dimitto ei unum barril, et omnia vascula que ibi est, exceptus hoc quod dimitto prefate helemosine, et dimitto ei ad novo veniente quarterias in de ordei de ipsam meam laboracionem quam feci in monte. Aliud vero quod remanet dimitto ad ipsius opere montis.

Facto isto testamento v.º kal. ian., a.º viiii.º regni regis Ludovici iunioris.

Berengarius, qui hoc testamentum scribere feci, firmavi, et testibus firmanique rogavi; S+m Bernardus Iocefredi; S+m Petri Giriberti; S+m Petri, sacerdotis, manumissores huius testamenti; S+m Belot; S+m Iohannis de Garriga.

ERMENGAUDUS, sacer et monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

*Testamento de Bernardo Guillermo.*

REGESTA : BALARI, *Orígenes*, 502. — MAS, *Notes*, v, 211.  
A. C. A., Cart., f. 382, n.º 1110.

In Christi nomine. Ego Bernardus Guillelmi facio meum testamentum et eligo manumissores meos, hii sunt: scilicet Adalbertus de Paladdaries et Ar-sindis, uxor mea, et Petrus, filius meus, ut hii distribuunt meum honorem et meam possessionem sicut scriptum est in hac pagina. In primis dimitto corpus meum ad s. Cucuphatem cum una pariliata de Petra Fita et novem morabotinos quos debebat mihi uxor de Girberto Ugonis. Concedo ad s. Stephanum iii ovem et presbitero eiusdem ecclesie alias duas oves et unam capram et i. quartera dordi, et ad Guillelmum diachonum i ovem et ad s. Crucem atque Eulaliam ii quarteres de frumentum, et ad episcopum i quartera de ordeo, et ad Cavalleriam, aliam, et ad Espitalem, aliam, et ad s. Petrum, aliam. Dimitto filio meo Guillelmo domos meas, cum turra et omnes possessiones que ibi sunt; et sunt in parrochia s. Stephani de Paladdaries, in loco qui vocatur s. Venerandi. Dimitto itaque filio meo supradicto Guillelmo unum fevum quod est in parrochia s. Petri de Biges, in loco quem vocant Palad, quem teneo per Poncium de Munttornes et ipsum fevum quem teneo per Poncium de Lizano in Parietes et alium fevum quem teneo per Petrum de Munttornes et unum linar et unum ferregenal, quos teneo per Guillelmum de s. Martino. Dimitto filio meo Guillelmo unum sarracenum, quem debet mihi Giraldu Alamagni, quem comparavi per undecim morebotinis; et dimitto Guillelmo unum rucinum et unum asberg et unum scutum et unam sellam, quos debet mihi Poncius de Lizano, que omnia supradicta prestavi per ipsum fevum de Parietibus; et dimitto Guillelmo unum mulum et i rucinum et alium mulum, quos debet mihi Poncius de Munttornes per ipsum fevum supradictum de Biges. Et ego Bernardus Guillelmi et uxor mea Ar-sindis damus simul filio nostro Petro medietatem de ipso manso de Trancia cum suis pertinentiis, que est in parrochia s. Chirici in loco que vocant Arenes et sic habeant ambo medium per medium. Post obitum vero eius remaneat totum filio nostro Petro. Dimitto filii meis, scilicet Berengario et Arnaldo et Geraldo et Carbonello meum honorem de Cantalupos. Dimitto filio meo Guillelmo et uxori mee unum cavallum, quem prestavi Guillelmo de Sobarbar, et unum quarto de manso de Laferra. Dimitto Gialme filie mee meam honorem de Campins. Dimitto Berengariam in potestate matris et Guillelmi. Concedo ad s. Venerandum decimum de alodio quod ibi est et plantas olivarum ad lumen, pro redemptione anime mee, et non stet pro ipsum decimum de s. Venerando quod non donet suum decimum ad s. Stefanum. Dimitto s. Iuliano meum alodium de Oca, in tali pacto ut presbiter, qui semper missas cantabit, habeat et possideat. Dimitto Susanne mee cuiada i marebitinum. Et si Ar-sindis uxor mea cum suo filio non evenerit habeat medietatem de omnibus rebus, scilicet de honore s. Venerandi cum marito et sine marito. Et si Guillelmus obierit sine infante legitimo remaneat ad unum suum meliorem fratrem et sic vadat de uno ad alterum.

S + m Bernardi Guillelmi, qui hoc laudo testibus firmare rogo.

Actum est hoc xvii.º kal. madii, a.º ix.º regni regis Lodoyci iunioris.  
S+m Arsindis; S + m Adalberti; Martini.  
S + m Petri, qui hoc scripsit die et anno quo ss. supra.

969.

1146, octubre 16.

*Testamento de Pedro Guillermo.*

REGESTA: MAS, *Notes*, 211 (n.º DCCCXXV),  
A. C. A., Cart., f. 177, n.º 570.

In Dei nomine. Ego Petrus Guillelmi iaceo in magna egritudine et spero in misericordia Dei, ideoque facio meum testamentum, ut si mori me contingerit ex hac egritudine, ad antequam alium testamentum faciam, licitum sit meis manumissoribus qui sunt nominatim. In primis mulier mea Ermengards et Asprel, baiulo, et Petri, generi meo, meum apprehendere mobile atque immobile, et dividere hoc modo. In primis dimito Domino Deo et s. Cucufati corpus meum cum anima, ut ipse eam representet eterne glorie et dimito et i tonna et i asina et i porcho et unum arietem et i quartera tritici et ii sestarios vini; et dimito ad s. Petri et s. Marie ii solidos, et ad ipso presbitero ii solidos, et ad Iohannes, monachus, i porcha, et ad Raimundo, filio meo, dimito i cubo et i exatica et i distral, et i exol; et dimito ad Guilia, filia mea i populino; et dimito ad filio meo Ihovan, ipsa sua planta qui est ad ipsa serra, et dimito ad Petro, ieneri meo, i cubilo novo, et dimito ad mulier mea meam honorem quod ego abui et tenui in cunctis locis, sine blandimentum nullius hominis vel femine, in diebus vite sue, et post obitum suum remaneat ad filios nostros vel filie Guillelme per equaliter et dimito ad s. Cucufati i quarterada de terra ad ipso Nespler.

Actum est hoc vii-x.º kal. nov., a.º x.º regni regis Leduvici iunioris.

S + m Petrus Guillelmi, qui hoc testamentum scribere iussi et firmavi et firmare feci; S + m Ermeniards; S + m Asprel; S.+ m Petri, nos huius rei visitores et auditores.

Arnallus, levita, qui isto testamento scripsi sub die et anno quo supra.

970.

1147, abril 13.

*El abad Alerando da a la viuda de Guillermo Bernardo unas tierras sitas en Bañoles.*

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.º 508. Original, partido por A B C... R.

In nomine Domini. Ego Alerandus, Dei gratia abbas et omnis couventus s. Cucufatis, donatores sumus pariter tibi [Adelaidi (?)], femine, uxori condam Guillelmi Bernardi, feciam unam terre quam habemus in territorio Barchinone, [in term]ino [de Balne]olis. Advenit nobis collacione fidelium, videlicet Arnalli Geriberti et uxoris eius. Terminat autem a parte [ori]entis in alo-

dio s. Crucis sancteque Eulalie, a meridie in via, ab occiduo in alodie Poncii Bernardi, a cir || cio in alodio de vobis receptoribus. Quantum hi termini concludunt, sic damus vobis predictis cum ingressibus et regressibus || suis et de rostro in vestrum tradimus eam dominium et potestatem. Tali modo, ut habeatis ipsam peciam terre in tota || vita vestra. Post obitum vero vestrum revertatur in ius et dominium s. Cucuphatis, sine ulla inquietudine cum omnibus in se ex || istentibus. Si quis autem hoc disrumpere teptaverit, nil valeat sed in duplo cuncta componat et post modum hoc firmum || permaneat per omnia tempora.

Quod est actum idus aprilis, anno x.º regni Leovici regis iunioris. ||

+ Alerandus, cenobii s. Cucuphatis abbas; Bertrandus, monachus; Guillemi, monachi; ROGERIY, monachi; Gielmus, monachus; || Guillelmus, monachus; Petrus, monachus; Gerallus, monachus; || Raimundus, monachus; S + m Poncii, scriptoris, qui hoc scripsit die et anno || prefixo; || Bernardus, monachus; Arnallus, monachus.

971.

1147,

abril 22.

*Guillermo Mir y su esposa hacen donación al Monasterio del alodio que poseen en la Torre de Gallifa.*

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 92. — MAS, *Taula*, i v, ; *Notes*, ii, 126; v, 211-2 (n.º DCCCXXVI); *Notes...* *Valldonzella*, 303.

A. C. A., Cart., f. 147, n.º 476.

Cunctorum auribus pateat, quod ego Guillelmus Mironis et uxor mea Sancia, bono animo et voluntate, damus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et domno Alerando, abbati, et omnibus fratribus inibi degentibus, omnem meum alaudium quod habeo et habere debeo in cunctis locis, a flumine Lubricato usque ad Muntmolo; quantum habeo et habere debeo in parroechia s. Crucis de Olorda, et s. Iusti de Verzc, scilicet ipsam vallem que vocatur Donzela, cum omnibus suis terminis, et affrontacionibus, et pertinenciis, et omnes meos directos quos habeo vel habere debeo in turre de Galifa et in eius terminio, et in parroechia s. Eulalie de Provinciana, et in parroechia s. Marie de Antiqua, et omnes directos quos habeo et habere debeo in Antiqua, et omnia que habeo vel habere debeo in parroechia s. Vincencii de Molleto. Item dono Domino Deo et predicto monasterio s. Cucufatis et eius servientibus illam meam dominicaturam de Mazana, sicut eam melius habeo, et teneo, et habere debeo, cum ingressibus et egressibus, simul cum illius affrontacionibus et pertinenciis omnibus ut teneant et habeant per suum proprium alaudium omni tempore, tali raciane ut predictus abbas et monachi reddant Bernardo Examuz vii morabetinos mercatarios et dimidium per me, quos ei debeo. Hec omnia predicta dono et trado Domino Deo et prefato monasterio et eius servientibus in perpetuum possidendum, sine ullo meo meorumque retentu, ut teneant et habeant solide et libere absque alicuius inquietacione atque clamacione. Si quis hoc disrumpere temptaverit nil valeat, sed supradicta in duplo componat, et insuper hoc donum semper maneat firmum.

Actum est hoc x.º kal. madii, a.º x.º regni regis Lodovici iunioris.

S+m Guillelmi Mironis, qui hoc donum facio et firmo, testibus firmare rogo ; S+m Sancie, uxoris eius ; S+m Petri, sacerdotis ; S+m Dalmacii de Cercitulo ; S+m Bernardi Gaucefredi ; S+m Petri Bordi.

S+m Petri, levite, qui hoc scripsit die et anno quo su ss. pra.

972.

1147,

abril 27.

*Pedro Bernat y su hermano entregan al Monasterio un alodio amojonado para construir un castillo contra los moros.*

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 312.—MAS, *Notes*, v, 212-3 (n.º DCCCXXVII).

A. C. A., Cart., f. 194. n.º 609.

Quoniam de rebus propriis Dei domum ditare iustum esse creditur, ideo ego Petrus Bernardi sacrista, et Berengarius, frater meus, damus Domino Deo et s. Cucuphati pro remedio animarum nostrarum alaudium nostrum proprium, montem scilicet illum qui est super Capellatis, sicut terminavimus eum vobis per signa et lapides; tali modo, ut habeat s. Cucuphas eum pro alaudio proprio, ad fortitudinem ibi faciendam contra sarracenos, ubi homines iam dicti s. Cucufatis se defendere possint. Est autem iam dictus mons in comitatu Barch., in terminio Clarimontis, super ipsis Capellatis; et affrontat: a parte orientis in alaudio s. Cucufatis, a meridie et occidente et septentrione in alaudio nostro. Quantum his quatuor affrontacionibus terminatur et signe demostrant, totum damus sepedicto martiri et eius servietibus ad proprium alaudium. Tali modo, ut cum necesse fuerit pro infestacione paganorum recipiant ipsi qui illam fortitudinem tenuerint ipsos nostros homines quos nos in illa parte que nobis retinemus miserimus, sive illos quos Deodatus in iam dicta nostra parte abuerit. In ea autem parte quam sepedicto s. Cucuphati damus nullam forciam aut estacamentum aut kestam vel aliquid usaticum in hominibus ibi permanentibus nos vel aliqua persona per nos, set nec et supranominatus Deodatus aut aliquis per eius vocem faciamus vel faciat, nisi, tantum hoc quod in aliis hominibus de Capellatis abere debemus. Si quis hanc nostram donacionem infregerit, componat eidem s. Cucuphati in duplo, et deinceps firmum maneat omni tempore.

Actum est hoc v.º kal. mai, a.º x.º regni regis Ledovici iunioris.

Petrus, sacrista, ss., atque levita; S+m Berengarius de Clarimonte; S+m Deusdedit; S+m Raimundus de Canals; S+m Petrus Guanalgodii.

S+m PONCIUS, sacerdotis, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum literis rasis et emendatis in linea x et xi.

*Testamento sacramental de Guilia en el que entre otras cosas dispone que su cuerpo sea enterrado en el Monasterio, al que hace donación de un sarraceno y un alodio sito en la parroquia de San Esteban de Castellet.*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 554; *Notcs*, v, 213 (n.º dcccxxviii).

A. C. A., Cart., f. 113 v, n.º 385.

Ultime voluntatis cuiusdam defuncte femine, nomine Guilie, cuius ordo infra vi menses coram sacerdote et iudice Mirone legaliter actus est. Nos vero Bonetus et Raimundus Guillelmi, testes et iuratores sumus. Testificamus namque iurando per Deum vivum et verum et per altare s. Felicis martiris quod est constructum in ecclesia beatorum martirum Iusti et Pastoris, supra cuius sacrosanctum altari has condiciones manibus propriis iuramus, quia vidimus et audivimus et rogati ab ipsa conductatrice exitimus quando iam dicta testatrix ordinavit suam ultimam voluntatem, sicut scriptum est in suo testamento, in quo elegit manumissores suos, videlicet, Raimundum Bremundi, virum suum, et Bernardum Mironis, atque Raimundum Guillelmi. Precepit namque illis manumissoribus suis ut si mors ei advenerit in illa egritudine, antequam alium testamentum faceret, plenam potestatem habeant apprehendere omnem suum mobile et immobile, sicut in suo testamento invenirent roboratum. Primum concessit Domino Deo et s. Cucufati medietatem de totum suum alodium, et vineas cultum et eremum, et arboribus diversis generis, quod habebat vel habere debebat in termino de Castelet et in parrochia s. Stephani, cum suum corpus et unum sarracenum, et de ipso sarraceno habeat ipsam medietatem ad opera s. Cucuphatis, et ad ipsam operam guadengas ii et plumacio i, et ad Raimundum de Canalies guadengas ii et plumacio i. Concessit filie sue Raimunde aliam medietatem de prephato alodio, cum suum sponsalicium, sicut resonat in carta sua ad ipso suo fevo. Concessit Raimundo Bermundi, viro suo, totum suum alodium et fevum iam dictum, quod habebat vel habere debebat, ita ut ille habeat in vita sua et teneat, et post obitum eius revertatur ad illos quod superius resonat. Concessit s. Iohanni de Pino cortina i et ad clericum eiusdem loci morabetinum i per missas. Concessit pro anima sua terciam partem de pane et vino et de carne et totum suum vestimentum et bovem i et faciant suum convivium et aliud quod remanet pro anima sua. Et concessit Raimunde, filie sue, illam suam partem de ipsas suas pignoras et empccioies, ut teneat et habeat Raimundus Bremundi in vita sua quod superius resonat. Hoc totum, sicut superius scriptum est, ita ordinavit iam dicta conductatrice in suo testamento xvii.º kal. apr., et anno viiii.º regnante rege Leduici, iunioris, et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente languore, quo detinebatur, discessit ab hoc seculo iii.º nonas may et anno prescripto. Hanc igitur ipsius testatricis ultimam voluntatem, nos prescripti testes, sicut audivimus et vidimus et rogati ab ipsa conductatrice exitimus, in prescripto altari coram sacerdote et iudice et testibus, manibus propriis iurando veram esse fideliter corroboramus, atque ex hoc aliter non mutavit suam voluntatem nobis scientibus.

Late condiciones v.º idus sept., et a.º xi.º regnante rege predicto.

S + m Boneti; S + m Raimundus Guillelmi, nos testes et iuratores huius rei sumus; S + m Guillelmi Berengarii; Guillelmus, monachus; S + m Ermengadus, diachoni; S + m Mironis, iudicis.

S + m Arnalli, subdiachoni, qui hoc scripsit cum literis rasis et emendatis in linea vi et vii, xiii et xviii, die et anno quo supra.

974.

1147,

octubre 26.

*Testamento de Pedro Mayol y de Ermesindis, su mujer.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 213-4 (n.º vcccxxiv).

A. C. A., *Cart.*, f. 170, n.º 547.

In Christi omnipotentis nomine. Ego Petrus Maioli una cum uxore mea Ermessendis nomine, promtis animis nostris, facimus hoc testamentum et elegimus nostros manumissores scilicet Poncius Maioli et R. de Corteio atque Arnallus filius noster; quibus dictis rogamus et precipimus, ut si mors nos preoccupaverit antequam alium testamentum fecissemus habeatis potestatem distribuere omnes res nostras mobiles et immobiles, sicut nos ordinabimus in hoc testamento. Primum quisque de nobis anborum primus finiat Domino Deo et s. Sebastiano sint dati ii morabetinos apud corpus ibi sepultum. Alium quando linquerit hac vita faciat similiter dimittimus s. Cucufatis Vallensis i morabetino. Dimittimus ecclesie s. Cucuphatis de Garricis ipsam peciam terre qua habemus per alodem franchum que fuit de Bonsom Vidia, et est ad Comparadas. Dimittimus ad sedem Barchinonensem ii mancosos. Dimittimus filio nostro Arnallo ipsum mansum de Malseliga, totum sicut habemus per s. Sebastianum, et ipsum alodium de torrente quod emimus de R. Tedbaldi et uxoris eius et cunctum ipsum alodium et vineas et domos quod habemus s. Cucuphati Garrigarum per nostrum alodium et pro lexa que fecit nobis Arnallus Mironis de Tamarith propter domos R. Petri Pellicer, ipsas dimittimus Bernardo filio nostro. Iterum dimittimus predicto Arnallo, filio nostro, ipsum mansum quem habemus per s. Cucuphatem Vallensis, qui est iuxta villam s. Cucuphatis Garricis, cum suis pertinenciis, ut habeat ad servicium predicti s. Cucufatis, sicut nos habemus; et ipsas vineas quas habemus plantatas in alodio de Deusdat, prope villam s. Cucuphatis, et alias laboraciones, sicut nos habemus de illo totum per fevum, ita habeat ille per illum et ipsum mansum de Ventaiols, sicut habemus propter s. Maria Ripollenti, et cubum maiorem et omnia bascula et usuilia que in domo nostra sunt. Dimittimus Bernardo, filio nostro, ipsum mansum de Prato, que accepimus per s. Cucuphatem et de habitatoribus eius, exceptus ipsam pareliatam qua dedimus Lorete, filie nostre, et unam domum habeat Loreta in mansum ad servicium Bernardi. Item dimittimus Bernardo iam dicto totum nostrum rectum quem habemus in manso de Olivaria, et ipsa planta que fuit de Capmacad, et cubum minorem, et tonnam minorem. Dimittimus Adalezis, filie nostre, ipsum alodium de Adarron. Item dimittimus Arnallo, filio nostro, totum ipsum alodium de Guiseres. Dimittimus ad netos nostros, Petro et Guillelmo et Ermessendis, ipsum mansum qui fuit Bone Filii de Bosch, que habemus per s. Cucuphatem, ad Maschefa, apud totas tenedones eius, set

recuperet s. Cucufatem tascham et decimam de manso quam dimitimus illi propter animas nostras. Dimittimus Arnallo et Bernardo, filio nostro, ipsum honorem, quem habemus ad Terrachonam, per medium. Dimittimus Poncio Maioli ipsum pignus quod cepimus de habitatoribus s. Sebastiani in Malseliga apud suum avere, ego Ermesendis per memedipsam dimito s. Cucufatis ecclesie i emina ordei, et quisquis amborum fratrem, qui primus obierit absque infante de legitimo coniugii, alia revertat sua hereditas scilicet, de Arnallo et Bernardo. Dimittimus Bernardo, filio nostro, ipsum alodium quod fuit Guillelmi Bernardi Oveia aput parilio uno gallinarum, ut donet s. Sebastiano annuatim ipsum qui est de nostro manso Olivarie, et de servicio dimitimus in mansum de Malseliga unas domos Adalezi, filie nostre, si opus est illi ibi stare, sed non poteat mitere alium cabanier. Dimitimus Ermessendis, filie nostre, ipsum alodium quem habemus infra terminum s. Martini a Val Formosa, exceptus unam pariliatam et unam vineam cum alodio qui est supra Pax, quod retinemus ad filiis nostris. Dimittimus Bernardo, filio nostro, ipsam pariliatam de Val Formosam, sicut resonat in sua carta. Dimitimus Arnallo, filio nostro, ipsum vineam cum alodio qui est supra Pax.

Actum est hoc vii.º kal. nov., a.º xi.º regni regis Ledoyci iunioris.

S + m Petri Maioli; S + m Ermesendis, nos qui hoc testamentum fecimus et firmavimus, testes vero firmare rogamus; S + m Poncii Maioli; S + m Raimundi Cortey; S + m Arnalli, filii nostri; S + m Bernardi Yozfred; S + m Bernardi Guitardi, hi duo sunt testes iurandi.

IOHANNES, presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

975.

1147, diciembre 18.

*Los hermanos Berenguer, Geraldo, Guillermo y Bota venden a la sacristía de San Cugat un alodio sito en Clapers, por ocho maravedises y ocho dineros.*

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.º 509 (olim 36). Original.

In Dei nomine. Nos simul fratres, id est: Berengarius et Geraldus, necnon Guillelmus ac Bota, vinditores sumus Domino Deo et beato || Cucuphati et vobis Guillelmo, ipsius ecclesie sacriste, alodium nostrum quod habemus in comitatu Barchinone, infra terminos || ipsius s. Cucuphatis in plano, in locum quem dicunt ad ipsos Clapers. Afrontat autem: ab oriente et meridie et circio || in alodio supra s. Cucuphatis, ab occiduo in alodio s. Cipriani. Quantum infra hos terminos abemus, totum vobis || vindimus propter octo moabitinos et octo denarios, quos inde nos et pater noster accepimus, ut ab odierno die in antea || sit proprium alodium s. Cucuphatis, absque ulla nostrorum contrarietate. Sed si quis vobis hanc nostram vendicionem dirrumpere temptaverit || non valeat, sed hoc alodium in duplo componat, deinde firma maneat.

Que factum est xv.º kal. ian., a.º xi.º || regnante Ledovico iuniore.

S + m Berengarii; S + m Geraldus; S + m Guillelmi; S + m Bote, nos qui hanc vendicionem facimus et firmamus firmarique rogamus; || S + m Dalmaicii; S + m Raimundi; S + m Bernardi; S + m Berengarii. ||

Geraldus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

976.

1148,

marzo 6.

*Bernardo Mir y su esposa devuelven y definen a San Cugat un feudo sito en San Vicente dels Horts.*

REGESTA: MAS, *Notes*.

A: Orig. A. C. A. Monacales, perg., San Cugat, n.º 510.

B: Cart., f. 229 v, n.º 721.

Pateat cunctis quod ego Bernardus Mironis simul cum uxore mea Ermesendis. Recognoscentes iniuriam quam s. Cucuphato || facimus, propterea reddimus et sine ullo retentu definimus et omnibus modis evacuamus Domino Deo et s. Cucuphati || et eius sacriste totum illud fevum quod pater meus iniuste adquisivit a Bernardo Elia sacrista s. Cucuphatis. || Est autem supradictum fevum in comitatu Barchinone, infra terminos Cervilionis in parroechia s. Vincencii || de Ortis. Tali autem pacto hoc vobis reddimus, ut ex eo quod Geraldus de Solario tenet non simus ei guarents et || illud quod impignoravimus, redimatis et teneatis, nisi nos a vobis redimerimus et illud et aliud totum || in vita nostra teneamus. Post obitum vero nostrum solide et libere sit in dominium s. Cucuphatis, sine ullius obstaculo. || Si quis hoc disrumperre temptaverit, non valeat, sed alteri hoc in duplo componat.

Quod factum est ii.º nonas marcii, || anno undecimo regni regis Ludovici iunioris.

S + m Bernardi Mironis, qui hoc || reddo et firmo et testes firmare rogo; S + m Ermesendis, uxor eius; S + m Guielmi || Mironis, qui hoc similiter laudo et firmo; S + m Dalmacii; S + m Petri; || S + m Guielmi.

Arnallus, monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

977.

1148, abril 21.

*Tcstamento de Guillermo Mir de "Antiqua".*

KEGESTA: MAS, *Taula*, iv, 255; *Notes*, v, 214 (n.º DCCCXXX).

A. C. A., Cart., f. 147, n.º 477.

Quia debitum humane condicionis nullus mortalium possit evadere, qua propter. In Dei nomine. Ego Guillelmus Mironis de Antiqua, facio meum testamentum et eligo manumissores meos, hi sunt scilicet: Alerandus, abbas, et Raimundus de Barberano, et Gaucefredus de Antiqua, et Sancia uxor mea, ut si mori me contigerit antequam aliud testamentum faciam, ita distribuant omnem meam facultatem sicut hi invenerint ordinatum. In primis dimitto corpus meum Domino Deo et s. Cucufati cum ipsa dominicatura de Mazana, sicuti melius habeo et teneo, vel habere debeo, ut abas et monaci eius reddant Bernardo Examuz vii moabitinos mercenarios et demedium, et alodium meum totum de ipso podio quantum ibi habeo vel habere debeo; et laudo deincebs et concedo s. Cucufati omnia mea alodia, sicut iam insertum est in alia carta donacionis, sicuti sunt terminata a flumine Lubricato usque ad Munt Molo; di-

mitto s. Paulo de ipso Campo omne meum alaudium de Pinels, sicuti melius habeo et teneo; dimitto s. Marie de Roure Embrovi quarteradam unam terre in ipso podio; dimitto uxori mee et Iohanni meo filio ipsum mansum de Canamerres, ut teneant et habeant in vita illorum, et post obitum eorum remaneat solide et libere s. Cucufati; similiter dimitto uxori mee meum cavallum et omne meum mobile quantum habeo in cunctis locis, extra unam tonnam maiorem cum vino et cubo quos dimitto ad Iohannem filium meum; Concedo s. Cucufati ii moabetinos, quos Petrus s. Minatis mihi debet ad opera eiusdem ecclesie unde est fideiussor Petrus Berengarii de Canalies; et ad s. Petrum Octaviani, et ad clericum eiusdem ecclesie, unam eminam ordei ad novum, et ad aniversarium meum v sesters ordei, et iii quarters olei, quos mihi debet Guillelmus Arnalli Turre. Et dimitto meam uxorem in guarda et in baiulia s. Cucufatis et abbatis et aliorum seniorum et Raimundi de Barberano, ut adiuvent ei tenere et habere ipsam dominicaturam de Mazana supradictam, et ipsum alaudium de ipso podio, ut ipsa donet s. Cucufati eminam unam frumenti per tenedonem, per unumquemque annum, et post eius obitum remaneat solide s. Cucufati.

Actum est hoc xi.º kal. mai, a.º xi.º regni Lodoicyi iunioris.

S + m Guillelmi Mironis, qui hunc testamentum feci scribere, testibus firmare rogavi; S + m Sancie, uxoris eius; Stephani, monachi; Bertrandus, monachus; S + m Petri, sacerdotis; S + m Petri Iohannis; S + m Berengarii.

S + m Petri, levite, qui hoc scripsit cum literis suprapositis in linea iiiii.<sup>a</sup> et in xii die et anno quo su ss. pra.

978.

1148, mayo 4.

*Publicación sacramental del anterior testamento de Guillermo Mir.*

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 255; *Notes.v.*, 214-5 (n.º DCCCXXXI).

A. C. A., *Cart.*, f. 147v, n.º 478.

Ultime voluntatis cuiusdam defuncti viri, nomine Guillelmi Mironis, cuius ordo infra vi menses coram sacerdote et iudice Mirone legaliter actus est. Nos scilicet Bertrandus, monachus, et Petrus de Munistrol, testes et iuratores sumus. Testificamur namque iurando per Deum vivum et verum et per altare s. Felicis martiris quod est constructum in ecclesia beatorum martirum Iusti et Pastoris, supra cuius sacro sanctum altari has condiciones manibus propriis iuramus, quia vidimus et audivimus quando iam dictus testator ordinavit suam ultimam voluntatem, sicut scriptum est in suo testamento, in quo elegit manumissores suos, videlicet Alerandus abbas, et Raimundus de Barbera, et Gaucefredus de Antiqua, et Sancia uxor sua, ut si mori ei contigeret antequam aliud testamentum faceret, ita distribuissent omnem suam facultatem, sicut hic invenerint ordinatum. In primis dimisit corpus suum Domino Deo et s. Cucufati, cum ipsa dominicatura de Mazana, sicut melius habebat et tenebat, vel habere debebat, et ut abbas et monachi eiusdem redderent Bernardo Examuz vii morabetinos mercenarios et dimidium, et alodium suum totum de ipso Podio quantum ibi habebat vel habere debebat, et laudavit deinceps et concessit s. Cucufati omnia sua alodia, sicut iam insertum est ipse alia carta donacionis,

sicut sunt terminata a flumine Lubricato usque ad Munt Molo; Dimisit s. Paulo de Campo omne suum alodium de Pinels, sicut melius habebat et tenebat; dimisit s. Marie de Roure Embrovi quarteradam unam terre in ipso Podio; dimisit uxori sue et filio suo Iohanni ipsum mansum de Canameres, ut tenuissent et habuissent in vita eorum, et post obitum eorum revertatur solide et libere s. Cucuphati; similiter dimisit uxori sue suum equum, et omne suum mobile, quantum habebat in cunctis locis, extra unam tonam maiorem cum vino et cubo quos dimisit ad Iohannem filium suum; concessit s. Cucuphati ii morabetinos ad opera eiusdem ecclesie, quos Petrus s. Minatis debebat ei, unde est ei fiducia Petrus Berengarii de Canalias; et ad s. Petrum Octaviani, et ad clericos eiusdem ecclesie emina i ordei ad novum, et ad anniversarium suum v cestarios ordei et iii quarterios olei quos ei debebat Guillelmus Arnalli de Turre. Et dimisit uxorem suam in guarda et in baiulia s. Cucufatis, et domni abbatis et aliorum seniorum, et Raimundi de Barberano, et ut adiuvent ei tenere et habere ipsam dominicaturam de Mazana supradictam, et ipsum alodium de ipso Podio, et ut ipsa donaret s. Cucufati emina i frumenti per unumquemque annum, et post eius obitum remaneat solide s. Cucufati. Hoc totum ita ordinavit predictus testator in suo testamento xi.º kal. may, et a. xi.º regni regis Leduici iunioris, et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde ingravescente languore, quo detinebatur, discessit ab hoc seculo eodem mense. Hanc igitur ipsius testatoris ultimam voluntatem, nos prescripti testes sicut vidimus et audivimus et rogati ab ipso conditore extitimus, in prescripto altari coram sacerdote et iudice et aliis testibus manibus nostris iurando veram esse fideliter corroboramus atque ex hoc aliter votuntatem suam non mutavit, nobis scientibus.

Late condiciones iiii.º non. may, et a. prefixo.

Bertrandus, monachus; S + m Petri de Munistrol; Ermengaudus, monachi; S + m Berengarii, presbiteri; S + m Bernardi de Teguriis; S + m Arnalli de Caneles; S + m Berengarii de Morera; S + m Mironis, iudicis.

S + m Arnalli, subdiaconi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

979.

1148, mayo 4.

*Testamento de Guillermo Pere de Sarriá.*

EDIT.: CARRERAS, *Notas Sarriá*, ap. vi.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 215 (n.º DCCCXXXII). — CARRERAS, *La Ciutat*, nota 839. SAGARRA, *San Vicente*, 61.

A. C. A., Cart., f. 286 v, n.º 885.

In Dei nomine. Ego Guillelmus Petri de Serriano, pleno sensu et memoria, facio meum testamentum in quo eligo manumissores meos Guillelmum Bernardi, Barchinonensem canonicum, et Guiliam, uxorem meam, atque Alerandum, cenobii s. Cucuphatis abbatem, et Petrum Raimundi, Barchinonensis sedis primicherium, quibus precipio, ut si me mori contigerit antequam alium testamentum faciam, ita distribuant res meas et honorem sicut hic inferius invenerint ordinatum. Primum namque dimitto corpus meum cenobio s. Cucuphatis

cum meis pignoribus cum xxxv moabetinis quos per pignus habeo in honore s. Cucuphatis, apud Serrianum. Item dimitto eidem cenobio per suum proprium alodium ipsas domos quas tenent per me Bernardus et Raimundus et Guillelmus de ipsis Curtibus. Dimitto Barchinonensi canonicè vi moabetinis pro anima mea, et episcopo eiusdem, ii moabetinis, et ecclesie s. Vincencii de Serriano, i moabetin, et presbitero, alii. Accipio terciam partem de omni meo mobili pro anima mea, tam de pane quam de vino, quam de aliis rebus; de qua tercia parte integriter dimitto terciam partem confratrie s. Silvestri. De duabus vero exeant mee supradicte laxaciones; superfluum vero, quod remanserit de istis duabus partibus, dimitto totum predicte confratrie s. Silvestri per missa. Dimitto filio meo Berengario de Serriano meam fortadam de Serriano, simul cum orto adherente ad ipsam fortezam et castrum de Regumir cum omnibus fevis et usaticis quos habeo per ipsum castrum quem teneo per meum senioreme Berengarium de Barchinona. Item dimitto eidem filio meo Berengario de Serriano omnes ipsas tenedones cum baiulias quas habeo in Serriano per s. Cucuphatem. Tali conveniencia, ut predictus filius meus Berengarius cum matre sua Guilia teneat et habeant ipsas tenedones et baiulias omnibus diebus vite sue, et quod donent inde quartum et braciaticum de pane s. Cucuphati et de vino quartum. Post obitum vero amborum ipse tenedone et baiulias, absque ulla inquietudine, revertantur in ius et dominium cenobio s. Cucuphatis. Item dimitto eidem filio meo Berengario et matri sue Guilie ipsum honorem totum de Mora, quem teneo per s. Cucuphatem et quod donent inde eidem cenobio tascham et post obitum amborum ipse honor revertatur eidem cenobio integriter. Dimitto uxori mee Guilie meum directum de omnibus meis empccionibus ubicumque habeo factas, ut teneat et habeat totum in vita sua, et post obitum suum remaneat predicto filio meo Berengario preter meam emptionem de Orsa, quam dimitto filio meo Guillelmo. Dimitto ambabus filiis meis, Arsendi et Arnallete, lxxx.<sup>a</sup> moabetinos, quos habeo in pigneribus et LV moabetinos quos habeo in honore Guillelmi Berengarii de Fonoiar, et xii moabetinis ad Petrasalbas, tali conveniencia, ut si filius meus Berengarius voluerit eas ambas maritali honorifice, quod habeat istas pignoras. Quod si facere noluerit, rogo uxorem meam Guiliam et meos manumissores et omnes amicos meos ut cum, istis pigneribus maritalent eas prout melius potuerint. Dimitto filio meo Poncio terciam partem tocuis mei honoris qui fuit patris: mei quem habeo in terminio de Santo. Dimitto duas vero partes ipsius honoris integriter filio meo Guillelmo pro illorum hereditate. Item dimitto predicto Poncio terciam partem de honore de Ramio et duas partes eidem filio meo Guillelmo. Dimitto filio meo Bernardo v pecias terre, quas habeo prope mansum Iohannis Bartolomei, in circuitu eiusdem mansi; et item dimitto ei meum fevum decimarum quod habeo pro fevo canonicè, ut sit clericus et canonicus eiusdem sedis Barchinonensis ecclesie, simul cum ipso fevo quem teneo pro episcopo, et alium fevum quem teneo per archidiacono in Bederrida, in tali conventu, ut si canonici predicte sedis noluerint filium meum Bernardum facere canonicum, teneat et habeat filius meus Bernardus hoc totum in vita sua, et post obitum suum revertatur filio meo Guillelmo, si vivus fuerit. Quod si vivus non fuerit, revertatur filio meo Berengario vel infantibus suis. Dimitto filio meo Berengario ipsum sponsalicium quod fecit uxori sue domibus Barchinone et de manso de Bagneolis. Si autem, quod absit, quod uxor filii mei Berengarii obiret sine infante legiti-

mo, istud sponsaliciū post obitum suū revertatur aliis filiis meis. Omnia vero hec suprascripta, preter ipsud quod accipio superius pro anima mea, et extra laxaciones filiarum mearum, dimitto totum integrer Guille, uxori mee, ut teneat et habeat totum omnibus diebus vite sue, absque blandimento ullius hominis vel femine, dum steterit sine marito. Si autem maritum accipere voluerit, habeat suū sponsaliciū et suū directum de emptionibus ad suā voluntatem. Dimitto Guillelmo meū fevum quem teneo per Raimundum de Subirads. Si filius meus Berengarius obierit sine prole legitima, hereditas sua remaneat Guillelmo; et si ambo obierint absque legitimo filio, hereditas eorum revertatur Bernardo.

Acto testamento iiii.º nonas mai, a.º xi.º Lodoysi iunioris.

S + m Guillelmi Petri de Serriano, qui hoc laudo et firmo; ego vero Guillelmus Petri suprascriptus dimitto meū alodium de Curtibus inter filium meū Guillelmum et Poncium, ut habeat inde Guillelmus ii partes, et terciam Poncius. Omnia autem prescripta et infantes meos dimitto et relinquo sub Dei defensione et baiulia et Guillelmi Bermundi prescripti nepotis mei, ut bene regat totum atque gubernet.

S + m Raimundi de Ficulnea; S + m Mascharo; S + m Guillelmi Bernardi; S + m Guillelmi Ferrer; S + m Guillelmi, levita; S + m Berengarii de Taiata;

S + m Petri, subdiachoni, qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in linea xxv.<sup>a</sup> die et anno quo supra.

980.

1148, junio 24.

*Testamento de Vidal.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 215 (n.º DCCCXXXIII).

A. C. A., Cart., f. 240, n.º 751.

Omnibus hominibus cupio annotari quod ego Vitale facio meū testamentum cum meo sensu et memoria; timeo ne subito veniat mortis mee, et eligo manumissores meos Petrus Raimundi et Arnallus Martini; precipio namque vobis manumissores meos ut si mors mihi advenerit in hac egritudine, antequam alium testamentum faciam plenam potestatem habeatis aprehendere omnem meū mobile et in mobile, quomodo in hunc testamentum inveneritis roboratum. In primis concedo Domino Deo et kannonice s. Crucis sancteque Eulalie et ad episcopi eiusdem loci ipsa mea parte quod habeo in ipso blad de Bernardus, seniori meo; et concedo ad s. Iohannis Pinu i sextario ordei, et ad Bernardi, sacer, emina i ordei et ad Raimundus Arnalli ovas iiii; et concedo ad s. Cucuphati ipso meo alodio quod habeo subtus ipsa strata qui pergit ad Barch., et porchos iii et moltons ii apud meū corpus et medietatem de mea tonna apud ipso vino qui intus est; alia medietas ad Guillelmus Berengarii de ipsa tonna et sextario i ordei de trua mea et medietatem de mea tonna et somotas iiii vindimie. Concedo ad s. Iohanni Pinu medietate de meo cubo, aliam medietatem ad clericis eiusdem loci. Concedo ad nepota mea Loreta et Arnallus Martini ipsas meas domos qui sunt in sacaria s. Iohannis et sunt alodium eiusdem ecclesie et donent annuatim ad s. Iohannis libram i cerei

ab ipsa bascula; et concedo ad nepota mea Pereta ipsa fexa ab ipsas domos qui sunt alodium s. Iohannis, sicut est iusta alodium s. Cucufatis, et donent annuatim ad s. Iohannis libram i cerei et ipsas vineas de Chanovas quod habeo per Mironus s. Olive et ovas v et cubel i et ad Loreta cubel i et ad Aladis ipsa vinea Guillelmus Petri, ut illa habeat in vita sua; et post obitum suum remaneat ad Geralleta, nepota mea; concedo ad Guillelmus Geralli ipsa vinea de regato; et concedo ad Peita Vina sextario i ordei et ovas vii et guadengas ii; concedo ad Petrus Gerallus vaca mea et vitula et tonna mea et bene vestias me meum corpus, et alium quod remanet, ad meos debitos et ad opera s. Cucuphati emina i ordei et ad Hospitale Iherusalem emina i ordei; et ad Kavalleria emina i ordei; et s. Marie Montisserrati, migeria i ordei; et s. Marie de Puio, alia migeria; et s. Marie Corniliano, migeria i ordei; et ad Bernardus Petri, migeria i ordei; et ad Ermengardis Ortolana, quartera i ordei. Et concedo ad meo convivio vii solidos quod debet michi Adalbertus et Guillelmus Iozfredi solidos ii; concedo ad meo convidio ipsas meas oves qui remanent et vindimie et tota omnia quod remanent preter ipsas laxas.

Facto testamento viii.° kal. iul., a.° xi.° regni regis Ledoyci iunioris.

S + m Vitale, qui hoc testamentum feci firmavi, et testes firmare rogavi; S+m Petrus Raimundi; S + m Arnallus Martini, nos summus manumissores; S+m Bernardus Bonushomo; S + m Bertran Yos.

S + m Raimundus, sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

981.

1148, junio 24.

*El abad Alerando entrega a Pedro Juan y a su esposa e hijos un troza de alodio sito en Santa Eulalia del Campo.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 215-6 (n.° DCCCXXXIV).

A. C. A., *Cart.*, f. 299v, n.° 912.

Omnibus significare utile duximus qualiter ego Alerandus, s. Cucuphatis abbas omnisque eiusdem conventus, damus tibi Petro Iohanni de Perusia et uxori tue Guillelme et filie vestre Umberge atque genero vestro Petro Estirad, peciolam unam terre nostri alaudi quam habemus iuxta ecclesiam s. Eulalie de Campo. Que terminatur: ab oriente et occidente in alaudio s. Crucis sancteque Eulalie, a meridie in strata publica, que transit prope ipsos nostros ortos, a septemtrione in trilia iudaica. Quantum his quatuor affrontacionibus terminatur, totum vobis damus et proeniei ac posteritati vestre, uni post alium, mdivisibiliter; tali modo, ut vos, et vestri post vos, annuatim donetis nobis ad festum s. Cucuphatis per censum libram i piperis et decimum de ipsis fructibus quos Deus ibi dederit. Ipsum autem decimum damus tibi Petro Iohanni et uxori tue iam dicte in diebus vite vestre per fevum, post obitum vero amborum donent vestri post vos prelibatum decimum cum iam dicto censo s. Cucuphati fideliter, sine ullius contrarietate. Et non liceat vobis vel vestris iam dictum honorem ullo modo in aliam personam transferre nec alium seniore vel baiulum aclamare, nisi nos et successores nostros. Si quis hoc dirumpere

temptaverit, nil valeat, sed supradicta in duplo componat et in antea firmum permaneat.

Actum est hoc vi.º id., oct., a.º xiii.º regni regis Lodovici iunioris.

S + m Alerandus, s. Cucuphatis cenobii abbas; Raimundus, monachus; Petrus, monachus; Guillelmus, monachus.

S + m Petri, levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

982.

1150, febrero 8.

*Geraldo de Vilallir d.e fine al abad de San Cugat un honor y una bodega.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 216 (n.º DCCCXXXV).

A. C. A., Cart., f. 357, n.º 1043.

Pateat cunctis qualiter ego Gerallus de Vilallir in presentia Petri Arberti de Liciano et Bernardo de ipsa Turre et de aliis probis ominibus difinio Deo et s. Cucufati et tibi Alerando, abbati omnique conventui tibi comisso, omnem ilium honorem quem frater meus Arbertus dimisit s. Cucufati in suo testamento, quem iniuste vobis anfereram. Similiter difinio vobis predictis unum cellarium quod est in villa de Vilallir, quod dicebam esse meum alaudium. Tali pacto hoc totum predicto diffinio, ut ego neque ullus homo per me predictum honorem et cellarium amplius non requiram. Si quis hoc dirumpere voluerit, nullomodo facere possit, sed componat in vinculo dampnum qui fecerit in duplo, in super hec scriptura maneat omni tempore firma.

Actum est hoc vi.º id. febr., a.º xui.º regnante Lodoyci iunioris.

S + m Geralli de Vilallir, qui hoc totum difinio et firmo et testes firmare rogo; S + m Bernardi de ipsa Turre; S + m Berengarii de Banaloca; S + m Bernardi de Plegamans; S + m Morages.

Petrus Berengarii, sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

983.

1150, febrero 23.

*Testamento sacramental de Berenguer de Vallvidrera por el cual deja al Monasterio varias propiedades que pasarán a dominio absoluto del mismo después de la muerte de su madre.*

Este documento, como casi todos los testamentos sacramentales, plantea el problema de la data. Nos hallamos aquí con tres fechas: 21 de junio (testamento), 3 de agosto (fallecimiento del testador) y 23 de febrero (pasados más de seis meses después de la muerte), todas del año xiii de Luis el Joven. Parece que la solución más fácil es admitir que el escribano, inadvertidamente, puso a. xiii en lugar de xn en la primera fecha. En este caso la fecha que atribuimos al presente documento concuerda con las otras dos.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 608. — MAS, *Taula*, iii, 295-6; *Notes*, v, 217 (número DCCCXXXVI).

A. C. A., Cart., f. 28, n.º 82.

Iuramus nos testes, his nominibus appellati, videlicet, Berengarius, presbiterum et Petrum Guilibertum, per Deum vivum et verum et per altare sancti Iohannis, quod est situm in ecclesia s. Petri Octavianensis, in Vallense, in villa

s. Cucuphatis, quia nos vidimus et audivimus quando Berengarius de Valle Vidrera fecit suum testamentum in quo elegit manumissores suos, videlicet, nos ambobus et matrem suam, Solestendem, et rogavit ut si mors ei precupaverit antequam aliud testamentum faceret, istud maneret firmum, sicut hic iniunxit. Primum dimisit corpus suum et animam Domino Deo et beato Cucuphati, cum omne suo alodio de Insulis, sicut terminatur, de Campo de Cirera usque ad ipsa via que pergit de s. Laurentio ad ipso Fonte, simul cum ipsa sua medietate de alodio de Serriano, exceptas ipsas comparationes quas fecit ibi de Petro Guiriberti, et suam hereditatem quam dimisit Petro Guiriberto. Et si Raimundus, frater suus, per aliqua occasione iam dictum alodium sub potestate beati Cucuphatis abstrahere voluerit, omnia suam hereditatem que ego habeo vel habere debeo in cunctis locis, exceptas ipsas laxationes quas hic iniunxit, habeat s. Cucuphas omni tempore. Dimisit ei in caritate xx solidos denariorum, et ad eius operam i morabatino, et exeat de tercia parte de suo mobile. Dimisit s. Cipriani i morabatino et ad eius clericos berreganum et pelies suas, et pellicia i. Dimisit s. Petri et eius clericis solidos iii et ad sedem Barchinone similiter, et s. Marie de Campana ii solidos, et ad s. Laurentium xii denarios. Hoc totum exeat de sua tonna et cubo qui sunt in Serriano. Dimisit Deusde iiii morabatinos propter suum debitum, et donet illos Arnallus Guillelmi, et fiat ei soluta sua pignora. Dimisit Petro de Bitulona, suo consobrino, ipsum campum de Cirera cum medietate illud de Fabrega, et xv solidos propter suum debitum in pignore Raimundi Arnalli, et ad Sarriano ipsam vineam quam habebat per pignus et per fevum de iudice, et in super ad s. Gervasium campum i quod habebat per fevum Bernardi Mironis. Dimisit Deus de emina i de farina propter suum debitum. Omnia sua supradicta honore et alodia que tunc habebat, vel habere debebat, tam fevis quam alaudiis, extra ipsam vineam iam dictam de iudice et fevum Bernardi Mironis, totum aliud cum ipsas domos et bascula maiora vel minora, totum dimisit matri sue in vita sua, et faciat annuatim censum dari beati Cucuphatis migera i ordei et somatas duas vindimie de suo supradicto alodio. Post eius vita remaneat s. Cucuphati et eius servientibus supradictum suum alodium, sicut superius est terminatum solidum liberum. Alios meos alodios et feuvos quod habebat vel habere debebat, in cunctis locis remaneat Raimundo, fratri suo, extra hoc quod dimisit Petro Guiriberto et consobrino suo Petro. Et si aliquid remansisset de ipsa tercia parte sua, detur pro anima sua. Postquam predictus auctor hec omnia ordinavit per suum testamentum, die vii.º kal. iulii, et anno xiii.º regni regis Ledovici iunioris. Et post hec dixit verbis quod duas sarracenas quas habebat dimisit matri sue per totam vitam suam, et nisi coacti necessitate famis eos non vendat, et post eius obitum revertatur unam de sarracenas ad operam s. Cucuphatis, alteram vero revertatur ad domum s. Cucuphatis, et aliter voluntatem suam non mutavit, nobis scientibus, set sic stare mandavit. Deinde, ingravescente langore, quo detinebatur, discessit ab hoc seculo iii nonas augusti et anno prefixo. Iterum nos prescripti testes, Berengarius, presbiter, et Petrus Giliberti, ne videatur in hoc lex esse transgressa quia infra vi menses hec ordinacio non fuit legaliter corroborata, et ut ne falsariorum dampno multemur impeditos, inde nos esse probamus atque iuramus per Deum vivum et verum et per iam dictum sacro sanctum altari, quod nos non potuimus habere testamentum prefati defuncti usque modo, quia Petrus de Bitulona eum

fraudulenter et calide et iniuste tenebat, et insuper testes fuerunt minati occidere et amoniti, et ab ecclesia in qua iurare deberent se evaserunt. Hoc peracto, habemus servata prefata omnia hec per conditionem iuramenti nostri, sicut supra scriptum est. Hanc igitur ipsius testatoris ultimam voluntatem nos prescripti testes, sicut vidimus et audivimus, et rogati ab ipso conditore extitimus in prescripto altari coram sacerdote et iudice et aliis testibus, manibus nostris iurando veram esse fideliter corroboramus.

Late conditiones vii.<sup>o</sup> kal. marcii et anno prefixo. Et nos, testes, quia vidimus illos testes qui hoc iussu prefati defuncti iurare deberent, hoc facere causa inimicie vel cupiditates pecunie. et timore minarum, et insuper aramoniti facere nohierint. Nos sicut vidimus et audivimus verum esse corroboramus.

Berengarius, presbiter, ss.; S + m Petri Guiliberti, nos huius rei testes et iuratores sumus; Ermengaudus, monachus; Guillelmus, monachus; Raimundus, monachus; S + m Mironis, iudicis.

S.+m Arnnalli, subdiachoni., qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis et super appositas in linea i.<sup>a</sup> et xviii.<sup>a</sup> die et anno quo supra.

984.

1150, marzo 28.

*Bernardo Erall y su esposa e hijos definen al Monasterio el molino de Noger.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 217-8 (n.<sup>o</sup> DCCCXXXVII).

A. C. A., Cart., f. 193, n.<sup>o</sup> 607.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus Eralli et uxor mea Solestendis et filii nostri inferius nominati, laude et consilio domni Bernardi, Tarrachonensis archeppiscopi, et Petri, Barch. sacriste, atque Deodat, et in eorum presencia, diffinimus et evacuamus ac pacificamus Domino Deo et cenobio s. Cucufatis, et Alerando eiusdem abbati omnique eiusdem conventui molindinum illum de ipso noger et mansum Bonefilii Mironis cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus quem eidem cenobio iniuste anferebamus. Sunt autem hec omnia in Barch. comitatu, in terminio de ipsis Capellatis. Supradictum quoque molindinum cum omnibus ad se pertinentibus et cum illo supradicto manso cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus, simul cum ingressibus et egressibus suis, integriter, sicut nos melius habemus vel habere debemus per omnes quaslibet voces, diffinimus et evacuamus et pacificamus Domino Deo et predicto cenobio s. Cucuphatis ac ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem videlicet et profectum predicti cenobii, de nostro iure in ius et dominium omnipotentis Dei et sepedicti cenobii tradimus per suum proprium et liberum ad quicquid ibi vel exinde predictus abbas et conventus eiusdem facere voluerint ad utilitatem eiusdem cenobii, absque ullius hominis vel femine blandimento, et sine ulla voce inibi a nobis, vel a nostris retenta. Si quis hoc disrumperere presumpserit, nil valeat, sed supradicta cum omni sua melioracione in duplo componamus sive componat, et insuper hec nostre diffinicionis presens scriptura omni tempore maneat firma.

Que est acta in Barchinona v.<sup>o</sup> kal. apr., a.<sup>o</sup> xiii.<sup>o</sup> regni Ledoyci iunioris.

S + m Bernardi Eralli; S + m Solestendis, uxoris eius; S + m Rafardi; S + m Arnalli; S + m Guillelmi, filiorum eorum, qui, hoc laudamus firmarique rogamus, et accepimus pro hac diffinitione de bonis eiusdem cenobii solidos xxx denariorum Barchinone; Petrus sacrista, ss.; S + m Petri de s. Minate; S + m Petri, subdiachoni, qui hoc scripsit cum litteris emendatis in linea iiii et v die et anno quo supra.

985.

1151, junio 18.

*Concordia sobre varias cuestiones firmada entre Guillermo de "Fonte Calciata" y Ramón, abad del Monasterio.*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 487; *Notes*, v, 218 (n.º DCCCXXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 77 v, n.º 305.

Cunctis sit manifestum qualiter Guillelmus de Fonte Calciata, ad placita et finem et concordiam cum domno Raimundo cenobii s. Cucuphatis abbate, et cum omni eiusdem monachorum conventu, devenit hoc modo, ut ego, supradictus Guillelmus, convenio Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et abbati et monachis suis quod si huic seculo Dei voluntate abrenunciare voluero in Dei potestate et domus s. Cucuphatis faciam, cum duabus partibus tocius mei mobilis quas domus s. Cucuphatis integriter habeat. Si autem huic seculo, abrenunciare nolero, ubicumque moriar similiter s. Cucuphas habeat duas partes tocius mei mobilis integriter ubicumque habeam pro anima mea. Post obitum vero meum, diffinio et evacuo et pacifico domino Deo et cenobio s. Cucuphatis totum illum meum honorem et hereditatem, quem per vocem avi mei advenit vel advenire debet per suum proprium, ad suam voluntatem, absque ullius hominis vel femine vinculo. Et si abbas s. Cucuphatis vel monachi sui illam insulam de Prato Minori conqueri vel te mandare voluerit, nullam exinde faciam illis contrarietatem, sed sim semper amicus et fidelis, prout melius possim, ad utilitatem, videlicet, et profectum cenobii s. Cucuphatis, et ad ista hora in antea convenio Domino Deo et domui s. Cucuphatis esse bonus protector et gubernator, sive amator de omnibus que s. Cucuphas ubicumque habet sive habuerit sine engan. Et ego, supradictus Raimundus, abbas s. Cucuphatis, cum omni meo conventu monachorum, diffinimus tibi, supradicto Guillelmo de Fonte Calciata, omnes illas querimonias, quas a te ullo modo habemus, propter hanc donationem et convenienciam, quam nobis et s. Cucuphati superius facis. Si quis...

Actum est hoc vi.º idus iunii, a.º xiiii.º regni Lodoyci iunioris.

S + m Guillelmi de Fonte Calciata, qui hoc laudo et firmo, firmarique rogo; + Raimundus, gratia Dei s. Cucuphatis abbas; Geraldus, monachi; Poncii, monachi; Bertrandus, monachus; S + m Poncii, sacerdotis; S + m Guillelmi, presbiteri; S + m Petri, subdiachoni.

986.

1151, octubre 17.

*Bernardo Guillermo y su esposa e hijos definen al abad del Monasterio el alodio de Madrigueras.*

REGESTA: MAS. *Taula*, iv, 254; *Notes*, v, 219 (n.º DCCCXXXIX).  
A. C. A., Cart, f. 144 v, n.º 468.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus Gilelmi, una cum uxore mea sive filiis meis, definio atque evacuo in manu domni R., s. Cucufatis abbatis, alaudium quod est in locum qui vocatur Madrigreres, quod alaudium ego supradictus Bernardus Gilelmi dicebam meum esse alaudium francum, et inde devictus iudicio nobilium hominum difinivi atque evacuavi monasterio s. Cucufatis, sicut superius est scriptum in manu supratexati abbatis. Est autem iam dictum alaudium in terminio katri Olerdule, atque in parrochia ecclesie de Granada. Afrontat autem: ab orientis parte in alaudio Paschale, a meridie in vineas Benedicti atque Bernardi, ab occiduo in vineas de Busched, a parte vero circi in pariliata Poncii Petri de Bannariis. Si quis...

Actum est hoc xvi.º kal. nov., a.º xv.º regnante Ledovico rege iuniore.

S + m Bernardus G.; S + m Raimunda, uxor mea; S + m Petri, filius meus, qui hanc difinicionem firmavimus et rogavimus testibus firmari; S + m Arnaldus de Malsiliga; S + m Poncii Maiol; S + m Rotlandus.

Poncius, monachus, qui hoc scripsit die et anno quo ss. supra.

987.

1151, noviembre 12.

*Gerardo de Soler devuelve y define al Monasterio las tascas que su padre había quitado al cenobio.*

REGESTA: MAS, *Notcs*, v, 220 (n.º DCCCXLI).  
A: A. C. A. Monacales, perg, San Cugat, n.º 524. Orig.  
B: Cart., f. 229, n.º 719.

Manifestum sit cunctis nunc et in eternum quoniam ego Geraldus de Solario, recognoscens me iniuste abstulisse Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis omnes illas tascas, quas pater meus simili || modo abstulerat usque ad diem sue mortis predicto cenobio in alodium quod habebat in parrochia s. Vincencii de Ortis non coactus, sed bono animo et spontanea voluntate red || do atque difinio et omnibus modis evacuo prescripto cenobio omnes tascas superius scriptas in potestate domni Raimundi abbatis atque Bertrandi sacri custodis et omnium aliorum fratrum. Iterumque || dono prelibato monasterio et omnibus ibi stantibus omnes baiulias et census et usaticos que omnia habere debeo vel qualicumque modo {habeo} in iam dicto alodio. Et insuper addo hominibus s. Cucuphatis stantes || in supradicto honore propter remedium anime mee et parentum meorum ut habeant intrare et exire et pascere et lignare per totum meum honorem sine gravi danno. Taliter fatio hanc donationem || atque difinitionem, ut nec ego neque aliqua persona per me decetero iam amplius ibi vel inde nihil possimus exquirere. || Si quis. . .

Actum est hoc ii.º idus nov., a.º xv.º regni Ludovici, regis iunioris. ||  
S+m Geraldus de Solario, qui hanc scriptura fieri iussi, firmavi firmarique rogavi; S+m Petrus Arnallus; S+m Berengarius, presbiterus. ||

UMBERTUS, levita et monachus, qui hoc rogatus scripsi cum literis superscriptis in iii.ª linea sub die annoque prefixo.

988.

1151,

noviembre 18.

*Berenguer Guardiola define a sus hermanos todo lo que tiene en Soler de Nevia.*

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 253; *Notes*, v, 219 (n.º DCCCXL).  
A. C. A. Cart., f. 142v, n.º 461.

Sit notum cunctis, qualiter ego Berengarii Guardiola sit hec scripture evacuationis sive diffinitionis de hoc totum quod habeo ad ipsum Soler de Nevia, sive in Torres Beces, et in ipsas quadras qui mihi adventit per acapte quod pater meus et mater mea fecerunt per s. Cucufatis et illi dimiserunt mihi, sicut ego habeo et abere debeo iam dicta honore, qui est terminum de Olerdule in predictos locos; hec sunt casas et foveas et ortos et arboribus de diversis generibus, terris et vineis et cultis et ermis sicut ego abeo sic difinitio et evacuatio tibi Raimundi, frater meus, et Loreta, mater tua, et fratribus tuis et tuis post te ad tuam voluntatem facere, sive ad ipsum cui tu dimiseris, et Loreta mater tua teneat in vita sua. Post ipsam sint de te Raimundo et de tuis, hoc fuit factum in presencia de abbatis s. Cucufatis, et Guillelmus de Papiol et de Arnallus de Vilanova, et Berengarii baiulum atque Carbon de Granate sive Botin s. Fidis, et alii, boni homines qui ibidem erunt. Si quis. . .

Actum est hoc vi.º id. nov., a.º xv.º regnante Ledovico, rege iunioris.

S+m Berengarii, qui hoc difinitio et evacuatio ad Raimundo fratrem nostrum; S+m Guillelmi de Papiol; S+m Arnallus de Vilanova; S+m Petrus Berengarii, baiulum comes; S+m Carboni de Granate; + Raimundus, gratia Dei s. Cucufatis abbas.

Petrus, scriba, qui hoc scripsit apud literas dampnatas in i linea et infusas in multis locis die et anno quo ss. supra.

989.

1153, enero 7.

*Juicio habido entre el abad y Ramón Mir sobre un campo sito en Masquefa.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 220-1 (n.º DCCCXLII).  
A. C. A., Cart., f. 176, n.º 565.

Tam presentibus quam futuris sit cognitum, quod Raimundus, s. Cucufatis abbas, et Raimundus Mironis de Maszcheffa, habuerunt multas invicem contentionis cuiusdam campi, quem iuxta villam de Maszcheffa Raimundus Mironis tenebat et tamen s. Cucufatis tascham dabet, quem campum iam dictus abbas et eius monachi dicebant esse apertum s. Cucufatis. Predictus Raimundus Mironis et eius amici negantes hoc, dicebant illum tenere per suum direc-

tum. Tandem amici utrarumque parcium ceperunt placitum inter illos ad ecclesiam s. Margarite, que est in Penitensi, et ibi probi homines, scilicet: Petrus Berengarii, baiulus comitis, et Oler, frater eius, et Guillelmus de Papiol et Sendredus, presbiter de Subirads, et Gerallus de Rivosico, et Berengarius Arnalli, presbiter iam dicte ecclesie, audientes rationes sive cartas utrarumque parcium iudicantes dixerunt esse aperturam s. Cucufatis, et ibi iudicio et consilio supradictorum hominum, in presencia illorum omnium, qui ibi aderant, reddidit campum atque diffinivit s. Cucuphati et Raimundo abbati et eius monachis sive omnibus sive successoribus; et tamen pro hac diffinitione prescriptus abbas non directo, sed consilio nobilium virorum, dedit Raimundo Mironis xii solidos denariorum. Prescriptus autem campus affrontat: ab omnibus partibus in alaudio s. Cucuphatis. Si quis. . .

Quod est actum vii.º idus ian., a.º xvi.º regnante Lodovico, rege iuniore.

S + m Raimundi Mironis, qui hanc diffinitionem [i] ; S + m Guillelmi de Papiol; S + m Petri Berengarii; S + m Oler, frater eius; S + m Geralli de Rivosico; S + m Berengarii Arnalli, presbiteri.

S + m Petri, sacerdotis, qui...

**990.**

1153,

marzo 27.

*Bartolomé lega a San Cugat la villa de Masquefa.*

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 547.—MAS, *Notes*, v, 221 (n.º DCCCXLIII).  
A. C. A., Cart., f. 175, n.º 557.

Notum sit omnibus hominibus quod ego Bertolomeus dono et relinquo Domino Deo et s. Cucufati ipsa villa de Maccefa propter remedium...

Actum est hoc vi.º kal. apr., a.º xvi.º regnante Ledovigio, rege iunioris.

S + m Bertolomei, qui anc cartam feci scribere et testibus firmare rogavi; S + m Geralli, prior de Pobled; S + m Ponci, priori de s. Maria Monti Serati, qui fias, dominum de ipsa onore de Mazchefa qui est suprascripta ad servitium s. Cucufati, de vita sua; S + m Bulgera; S + m Guiem Giribert.

Poncio, sacer, qui...

**991.**

1153, abril 5.

*Pedro Ramón de Gelida da al Monasterio, como dote de su hijo, el honor que tiene en el castillo de Masquefa, exceptuando unos albergues de Matoses.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 221 (n.º DCCCXLIV).  
A. C. A., Cart., f. 174, n.º 559.

Notum sit cunctis ominibus quod ego Petrus Raimundi de Gelida dono Domino Deo et s. Cucufati atque Raimundo, abbati omnique conventui sibi commisso, omnibusque successoribus illorum, omnem onorem quem habeo in terminio castri Maccefa, preter albergas quas habeo in Mathoses. Et hoc facio

per hereditatem filii mei, quem feci monachum s. Cucufatis, Et ex mea potestate in manibus domni Raimundi, abbatis et sui conventus, trado atque difinio omnem honorem, sicut superius scriptum est, ad faciendum quodcumque voluerit. Si quis...

Actum est hoc nonas aprilis, anno vi.x.º regnante Ledovico, rege iunior.

S + m Petrus Raimundi, qui hoc firmn atque testes firmare rogo; S+m Raimundus de Gelida; S + m Geraldus de Palacio; S.+m Petrus Bernardi; S + m Bernardus, filii Petri Raimundi.

Arnallus, monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

992.

1153, agosto 9.

*Pons, prior de Montserrat y monje de San Cugat, entrega al Monasterio de San Cugat la castellanía de Masquefa.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 221 (n.º DCCCXLII).

A. C. A., Cart., f. 175, n.º 563 bis.

Preclarum quoddam est opus cunctis hominibus helemosinarum largicione suis dum spirant succurrere animabus pro suorum rerum quantitate, ut qui pauca erogant fideliter supra multa constituentur cum Christo regnaturi, duplicato talento vivere perennlter hanc igitur salutiferam predicacionem Domini Iesuchristi, ego Poncius, s. Marie Montisserrati prior, nec non eciam monachus almi martiris Cucuphatis, obtemperare desiderans, filius existens bone memorie qd. Bartolomei, dono et offero sicut a proienitore meo iure hereditario habui vel habere debeo, ipsam kastlaniam de Mazcheffa, quam predictus pater meus sanus et incolumnis in presencia Guillelmi priori Gualteriensis, hac eciam Poncii prepositi s. Cucufatis, aliorumque multorum proborum hominum, devota mente pro oblacione mea s. Cucufato obtulit, michique ut vivens tenerem ad posidendum tradidit. Quia igitur iam dictus pater meus predictam kastlaniam per adquisicionem sive per donum abbatuum prelibati moiiasterii vel ceterorum seniorum inibi degencium adquisivit, timui ego ne aliquis me perveniret qui pretaxatum honorem ab ipso impetraret, atque post finem illius male tractaret, sicut sepe fieri assolet propter malorum dannum perversitates, amore ductus venerandi martiris beatissimi Cucuphatis, qui me a puericia nutritivit nec non videlicet ceterorum spiritualium fratrum meorum vobis dono serviencium, tamdiu prenominatum patrem meuin precibus rogavi, ut de supradictum honorem, me hereditaret, meumque pro me monasterium hac de sua in mea traderet potestate. Quod ad ultimum, post multos labores, libentissime annuit, et preter hit quod dictum est firmam michi ad suum finem fecit kartam. Nunc itaque quia obtatum apud patrem meum diu obtinui desiderium, ego Poncius, gaudens de divina renunciacione, dono et offero Domino Deo et s. martiri Cucuphati simulque venerando Raimundo, abbati eiusdem monasterii atque aliorum fratrum illic in perpetum Deo serviencium, prelibatam kastlaniam tam pro anima...

Actum est hoc v.º idus aug., a.º vii.ºx.º regnante Ledovico, rege iuniore. Ss. Geraldus, abba; Ss. Poncii, Montis Serrati prioris, qui hoc donum feci et testibus firmare rogavi.

Arnallus, sacer et monachus, qui hoc scripsi die et anno quo supra.

993.

1153,

agosto 18.

*Guillermo de Gallifa define al Monasterio la mitad de la yugada que posee en "Olivardar", recibiendo del abad de San Cugat cuarenta sueldos.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 223 (n.º DCCCXLV).  
A. C. A., Cart., f. 236 v, n.º 740.

Cunctis scire volentibus pateat qualiter ego Guillelmus de Galifa difinio atque evacuo atque omnibus modis relinquo domino Deo et beato Cucufati ac domno Raimundo, abbati et monachis eius eorumque successoribus in perpetuum, medietatem illius parilietate de Lubricato, in loco quem vocant Olivardar, quam pater meus in suo testamento dimisit s. Cucuphati, quam medietatem nunc usque iniuste abstuli. Tandem consilio matris mee ac proborum hominum aliorum accepi ab abbaie s. Cucuphatis XL solidos denariorum, reddidi supradictam medietatem parilietate, sicut supradictum est, ut amodo sit in proprio iure et dominio s. Cucuphatis. Si quis...

Quod est actum xv.º kal. sept., a.º xvii.º regni regis Ludoyci iunioris.

S + m Guillelmus de Galifa; S + m Ermesendis, nos qui hac deffinitionem facimus et testes firmare rogamus; S + m Bernardus Rodlandi; S + m Olivarius s. Lediri; S + m Raimundi Guillelmi; S + m Raphardi; S + m Guillelmus s. Iohannis.

Arnallus, monachus et levita, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

994.

1153,

noviembre 1.

*Arnaldo y su esposa definen al abad Ramón el honor de l'Olm en Masquefa,*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 223 (n.º DCCCXLVII).  
A. C. A., Cart., f. 174, n.º 557.

In Dei nomine. Ego Arnallus et uxor mea nomine Guielma difinimus atque evacuamus Domino Deo et s. Cucuphato et domno Raimundo, abbati eiusdem loci atque omnibus successoribus eius, omnem honorem quem ego Arnallus iam dictus requirebam in terminio castri Maccefi, in loco vocitato Lom. Si quis...

Actum est hoc kal. nov., a.º xvii.º regnante Ledovico, rege iuniore.

S + m Arnallus; S + m Guielma, nos ambo qui [i] ; S + m Bernardus de Ciutadia; S + m Petrus Bernardus de Munistrol; S + m Belot; S + m Geraldus s. Iohannis.

Arnallus, mouachus, qui hoc scripsit dte et anno quo supra.

995.

1153,

noviembre 24.

*Berenguer Barcelona define a San Cugat el matisode=cSan Boy.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 223 (n. DCCCXLVIII).  
A. C. A., Cart., f. 256 v, n.º 788.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius Barchinone et uxor mea Guielma difinimus atque persolvimus Raimundo, abbati s. Cucufatis eiusque conventui sive omnibus successoribus eius, ipsum mansum cum omnibus suis pertinentiis, quem mater Berengarii Barchinone dimisit s. Cucuphati in suo testamento; qui mansus iam erat s. Cucuphatis alaudium per donacionem aliorum fidelium. Est autem predictus mansus in parrocliia s. Baudilii, iuxta nostrum mansum de Vilar. Si quis .. .

Actum est hoc viii.º kal. dec., a.º xvii.º regnante Ledovico, rege iuniore.

S + m Berengarii Barchinone; S + m Guielma, uxor eius, nos qui [i]; S + m Raimundi de Cerdaiola; S + m GERALDI de Rivosico; S + m Bernardi de Cuitadia; S + m Berengarii Bernardi.

Arnallus, monachus .. .

996.

1154, marzo 31.

*Geraldo de Bell-lloch y su esposa ofrecen al Monasterio a su hijo con la dote.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 223 (n.º DCCCXLIX).  
A. C. A., Cart., f. 328, n.º 972.

Cunctis scire volentibus fiat patulum qualiter ego Geraldus de Bello loco simul cum uxore mea nomine Beatrice, damus Domino Deo et s. Cucuphati atque Raimundo, abbati et monachis eius, filium nostrum, nomine Guillelmum, ad monachum faciendum simul cum hereditate sua, scilicet cum ipsa nostra parte de ipso mulino de Carrera et cum ipso manso in quo Raimusdus Rodei habitat, sicut ille melius tenuit et habuit per nos. Tali pacto, ut ab hodierno die et deinceps nullum in supradicto honore et in ipsa parte de ipso mulino censum vel usaticum requiramus, sed deveniat solidum et liberum in ius et dominium s. Cucuphatis et monachorum eius. Si quis ...

Actum est hoc ii.º kal. apr., a.º xvii.º regnante Lodovico, rege iuniore.

S + m GERALDI de Bello loco; S + m Beatricis, uxoris eius, nos qui [iv]; S + m GERALDI Guillelmi de Palacio; S + m Petri de Palacio; S + m Olivarii s. Lacerii; S + m Petri Raimundi de Gelida; S + m Petri Bernardi de Frexe.

S + m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

997.

1154, marzo 31.

*Definición que a favor del Monasterio hace Geraldo Guillermo de Palau.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 224 (n.º DCCCL).  
A. C. A., Cart., f. 327 v, n.º 971.

Omnibus sit manifestum qualiter fuit longa contencio inter abbates s. Cucufatis et monachis eius et Geraldum Guillelmum de Palacio honore quem

ipse Geraldus iniuste auferebat s. Cucuphati, scilicet de manso de Totbert et de ipso manso de Vineals et de ipso de Oda et de aliis querimoniis multis, quarum longum est per singula ennumerare. Dicebat predictus Geraldus hoc non esse directum s. Cucuphatis. Ad ultimum vero recognovit se hoc male egisse, consilio et laude proborum hominum, scilicet: Olivarii s. Licerii atque Geraldus de Bello loco et Carbonelli de ipsis Acutis atque Ferrarii de Palacio et Gerdaldi de Rivosico aliorumque multorum proborum hominum diffinivit et evacuavit atque dedit Domino Deo et s. Cucuphati atque dompno Raimundo. abbati eiusdem loci, tam pro excomutacione de ipso manso de Totbert, quam pro hereditate filii sui Raimundi et pro redemptione anime sue suorumque, parentum deffinivit et evacuavit atque dedit ipsum mansum de Vineals cum suis affrontacionibus et pertinenciis suis et cum ipso Bruguer, quem olim dicebat esse suum ius, qui se tenet cum predicto manso de Vineals, et ipsum mansum de Oda, cum affrontacionibus et pertinenciis suis, et dono per comutacionem de ipso manso de Totbert ipsum mansum de Geraido Rodei, cum affrontacionibus et pertinenciis suis, et recognosco de ipso manso de Arnallo Nigro duos solidos denariorum quos dono ego et mei post me per omne tempus, et similiter recognosco emanam i frumenti de mulino de Murucurt; hec omnia superius dicta trado et deffinio Domino Deo et s. Cucuphati, post obitum meum, exceptis supradictis duobus solidis denariorum et supradictam emanam frumenti, que omnia dabo ego in vita mea et mei post me, sicut superius est insertum Si quis...

Quod est actum ii.º kal. apr., a.º xvii.º regnante Lodovico, rege iuniore.

S + m Geraldus Guillelmi; S + m Petri de Palacio, filii eius; S + m Olivarii s. Licerii; S + m Petri Raimundi de Gelida; S. + m Petri Bernardi de Frexe, nos qui. ..

S + m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

998.

1155,

abril 18.

*Bernardo Guillermo "Rober" y su esposa otorgan un alodio sito en Palaudaries como dote de su hijo Ramón.*

REGESTA: MAS, *Notes*. v, 225 (n.º DCCCLI).  
A. C. A., Cart., f. 372, n.º 1077.

Omnibus hominibus fiat cognitum qualiter ego Bernardus Guillelmi Rober simul cum uxori mea Arsendi, damus Deo et s. Cucuphati, pro remedio animarum nostrarum et ereditate unius filii nostri, scilicet Raimundi, quem offerimus Domino Deo et s. Cucufati in monachum, alodium scilicet quod abemus in parrochia s. Stephani de Palaciodariis, cum omnibus arboribus qui ibidem sunt, sicut terminatur: a parte orientis in alodio s. Petri Puellarum, de meridie in alodio qui fuit Gonballo sive in ipso Aragai, de occidente in ipsa riera, de parte vero circi in alodio s. Petri in ipso scilicet fevo quem tenet Arnallo de ipsis vallibus. Quantum his <sup>of</sup> iiiiii. affrontacionibus includitur et ibi habemus vel habere debemus, totum integriter, damus supradicto beato Cucufati sine ullo retentu. Tali modo . .

Quod est actum xiiii.º kal. may, a.º viii.º regni regis Ledoyci iunioris.  
S+m Arsendi, nos qui hoc [ij ; S+m Guillelmi; S+m Petri; S+m Bernardi; S+m Berengarii; S+m Arnalli.

Ermengaudus, sacer et monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

999.

1155,

mayo 7.

*El vizconde Berenguer y su esposa aprueban la donación que su abuelo Udalardo hizo al Monasterio.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 225 (n.º DCCCLII).

A. C. A., *Cart.*, f. 210, n.º 654.

Omnibus hominibus tam presentibus quam futuris sit manifestum qualiter ego Berengarius vicecomes simul cum coniuge mea nomine Ermesendis, laudamus atque concedimus donacionem quam fecit pro avus meus Udalardus, vicecomes, cenobio s. Cucuphatis Octavianensis de alaudio suo de Villa Clara, quod fuit de Arnallo Bonifilio, qui est qd., id est: ecclesiam s. Micaelis cum domibus, terris et vineis, cultum et eremum, arboribus diversis generis, aquis aquarum, caput regos et subtus regos, ortis, ortalibus, vieductibus et reductibus, pratis, pascuis cum exiis et regressiis earum et ipsas tascas et quarts et decimas et ipsum omnem censum quem exiit de iam dicto alaudio. Item concedimus atque laudamus hostem et pernam unam quem habebat avus meus Guilabertus Udalardi, vicecomes, quod ipse dimisit s. Cucufati. Adveniebat autem illis predicta hec omnia per comparacionem et per quasumque voces. Est autem hec omnia supradicta in comitatu Barch., in terminio de parrochia s. Marie de Brug. Et habet affrontaciones predicto alaudio: de parte orientis in alaudio Raimundi Seniolis, et de meridie ad ipsos Coconos et in torrente qui discurrit et in forest de Apiera, de occiduo in terminio de castro Odolino vel in lapide sexo, de parte vero circii in cingle de Roca. Quantum infra istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic nos supradicti ita concedimus atque donamus Domino Deo et s. Cucuphatis cenobio ipsa hec omnia suprascripta, ad suum plenissimum atque alaudium francum, ita ut nos nec nostri post nos neque ullus homo vel femina habeant ibi ullam dominacionem nec tollas nec forces, sed servientes eiusdem cenobii abeant ad suam plenissimam voluntatem, sicut abeant cetera alaudia. Preterea concedimus atque donamus, nos supradicti, omnes decimas quas habet vel habere debet prefatum cenobium in terminio nostri castri Bonefacii, quod vocat Guardia, in manso Raimundi Mironis, scilicet decimam panis et vini et carnis et in manso de Carai Maior decima panis et vini et carnis et olivariis decimam; et in manso de Bonifilii Sifredi, pecias duas de terra, decimam. Et in manso de Macanela, ii peces de terra; et in manso de Iohan Ermeiel, decimam panis et vini et carnis et de olivariis; et in manso Arnalli Poncii, decimam panis et vini et carnis et de olivariis medietatem; et s. Petrum de Vilarzel ii peces de terra decimam; et ad Mansuetes, decimam panis et vini et de olivariis; et ad Guilbertes, decimam panis et vini; et ad Soler vescontal, decimam panis et vini, medietatem; et domum Petri Sendredi ii peces de terra decimam; et ad man-

sum de Mastacticoma, i de terra decimam; et ipso Claret mansum unum de Escludenches decimam panis et vini; et ad ipso Prad terris et vineis decimam panis et vini; et ad ipso mas de Sobre Rocha decimam panis et vini et carnis et de servitio i parei de gallinas; et de manso Sinfre Altemir, medietatem decime panis et vini et carnis et ad tercium annum i parei de gallines servidi; et in manso de Gomar Lopard, islaes de sanil decimam usque ad fontem Frabega; et de manso de Guitard Ermenard, decimam panis et vini et carnis. Et ego iam dictus Berengarius una cum coniuge mea nomine Ermessendis concedimus atque donamus prenominato cenobio s. Cucuphatis hec omnia suprascripta, ut omnipotens Deus sit propicius in peccatis animarum parentorum meorum. Nosque pariter in eterna requie a Domino hereditari mercamur. Et si nos donatores . . .

Actum est hoc nonas mai, a.º xviii.º regnante Ledovico, rege iunioris.

S + m Berengarii, vicecomitis; S + m Ermessendis, coniuges eius; S + m Guielmi de Guardia; S + m Dulcia, coniugis eius.

S + m Petri Arnaldus, monachus et sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1000.

1155» <sup>TM</sup> Mayo 16.

*El abad Ramón, otorga a Ramón de Pou un honor sito en Granollers, a censo de dieciocho cuarteras de trigo.*

REGESTA: MAS, *Notcs*, v, 226 (n.º DCCCLIII).

A. C. A., Cart., f. 342v, n.º 1001.

Pateat cunctis qualiter ego Raimundus s. Cucuphatis abbas una cum congregatione michi comissa damus tibi Raimundo de Puteo et uxori tue Perete et Iohanni, generi tuo, et Sicardi, eius coniugi, et omni proieniei ac posteritati vestre, uni post alium indivisibiliter, omnem honorem s. Cucuphatis et nostrum, scilicet illum quem habemus vel habere debemus in comitatu Barchinone, in parrochia s. Stephani de Granullariis, simul cum ipsa casa que est in eadem villa. Supradictum vero honorem vobis predictis damus ut teneatis et melioretis simul cum ingressibus et egressibus suis, tali modo, ut in festivitate Assumptionis beate Marie annuatim donetis nobis per censum xviii quarteras frumenti, preparatum ad molendinum, ad mensuram legitimam de Granullariis, et ad nostrum monasterium adducatis. Si autem in iam dicto honore aliquid augmentare potuerimus, abeatis illud simul cum supradicto honore et adiciatis nobis in suprascripto censu quantum vestri et nostri laudaverint amici. Cum supradicta vero conveniencia vobis predictis iam dictum honorem damus, ut teneatis et habeatis in vita vestra; et post obitum vestrum, remaneat uni ex infantibus vestris, qui predictum honorem teneat, et faciat exinde prescriptum honorem teneat, et fatiat exinde prescriptum censum et maneat in giter in honore s. Cecilie; et si infantes defuerint habeat unus ex propinquis vestris, qui nobis vel nostris successoribus omnia superius comprehensa attendat et compleat; et ibi alium seniore vel baiulum non proclametis... et non sit vobis... licitum impignerandi... Si quis hoc...

Quod est actum xvii.º kal. iun., a.º xviii.º regnante Leudovico, rege iuniore.

Ss. Raimundus, gratia Dei s. Cucuphatis abbas; Geraldus, monachi; Stephani, monachi; Rudericus, monachus; Raimundus, monachus; Poncii, monachii; Guillelmus, monachus; Poncius, monachus; Bernardus, monachus; Guillelmus, monachus; Raimundus, monachus; Geraldus, monachus; Bertrandus, monachi. Bernardus, subdiachoni, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1001.

1155, mayo 30.

*El abad Ramón establece a favor de Guillermo Berenguer de "Fonte Calciata" la mitad de dos yugadas de tierra sita en Rubí, en San Cugat y en Valldo-reix, denominadas "Meschideles" y de "Prato Minori".*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii. 487; *Notes*, v, 227 (n.º DCCCLIV).

A. C. A., Cart., f. 77, n.º 304.

Ego Raimundus, s. Cucuphatis abbas et omnis conventus eiusdem, damus tibi Guillelmo Berengarii de Fonte Calciata, ipsam nostram medietatem de duabus nostris pariliatis, quas habemus in Barchinone comitatu et in parrochiis s. Petri de Rivo Rubeo, et s. Cucuphatis, et s. Cipriani, ipsam videlicet de Meschedeles, et aliam de Prato Minori. Prephatam vero nostram medietatem predictarum pariliatarum, tibi, iam dicto Guillelmo, damus simul cum ingressibus et regressibus suis, in tali videlicet racione, ut teneas et habeas in vita tua, et exinde annuatim nobis dabis v, et post obitum tuum remaneat solide et libere s. Cucuphatis, et si ad obitum tuum ibi expletum fuerit, habeat s. Cucuphas ii partes, et tu aliam terciam ad tuam voluntatem faciendam. Si quis tibi hoc acclamaverit... convenimus tibi esse defensores... Si quis hoc...

Actum est hoc iii.º kal. iuni, a.º xviii.º regnante Ledovico, rege iunioris. ARNALLUS, monaco, qui hoc scripsit, die et anno quo supra.

1002.

nSS, junio 27.

*Bernardo Isar, clérigo, declara los bienes y derechos que en diversas haciendas pertenecen al Monasterio.*

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 281, 282. — MAS, *Notes*, v, 227 (n.º DCCCLV). — PUIG, *Kpiscopologio*, 96. — ROVIRA, *Historia*, iv, 148.

A. C. A., Cart., f. 210 v, n.º 655.

Quod gladius seviencium paganorum super nos diu longequé incrasatus sit nullus pene huius nostre regionis inhabitator ignorat. Nam destructa castella, depopulate ville, dirute ecclesie, terra ad heremum redacta testatur. Inter cetera namque a paganis perpetrata mala, castellum de Guardia ita depopulatum est, ut pene nullus in eo inhabitator consisteret. Infra cuius terminis monasterium s. Cucufatis multa predia a domnis ipsius castelli vel ab aliis probis hominibus concessa dinoscitur habuisse, que ob longinquitatem persecucionis quasi oblita viderentur, set ut hec manifesta fierint, quidam cle-

ricus nomine Bernardus Isarni, sciens non esse minus peccatura celare veritatem, quam falsa conrectare, amore Dei ac timore excomunicacionis, quam domnus Bernardus, Terrachonensis archiepiscopus ac domnus Guillelmus Barchinonensis episcopus, exinde fecerant iussu ipsius castelli domnorum, recognovit et piduavit cum terminis et affrontacionibus supradictum s. Cucuphatis honorem in presencia monachorum s. Cucuphatis, scilicet Ruderici et Arnalli, baiulique, scilicet Petri de Terre Freder et Bernardi de Rosilione et Guillelmi de Puiades et Arnalli de Rosilione et Poncii de Rosilione, sicut inferius notata sunt. In primis in manso s. Pauli, quem vocant de Prato in una coma, decimam, et affrontat: de parte orientis et de meridie sicut aqua vergit, de parte occidentis in estrada publica, de circio sicut aqua vergit. In manso de Godmar Lopard in illes de Sanil, decimam. Et affrontat: de oriente sicut est fixuriatum, de occiduo in torrente qui discurrit per tempus pluviarum usque ad fontem de Fabrica, sive in margine. In manso de Araio, in i pecia terre, decimam; et affrontat: de orientis sicut aqua discurrit sive in margine de super Roure, de meridie in bassa et sicut aqua vergit et aqua discurrit. Et in manso de Mansuetes, decimam de pane et de vino et de carne et de olivariis. Et in manso qui fuit de Petro Sendre de Ruvires, in ii pecias que se tenent de alaudio in coma, tascam. Terminatur ex utraque parte: sicut aqua vergit. Et in manso de giribertes, decimam panis et vini. Et in manso de Sludenches, decimam carnis et de caseis et de lana. Et in manso de Matastag, decimam carnis et de caseis et de lana; et in una coma, decimam. Et in manso de Ruvires, qui est prope de Pug de parada, decimam panis et vini et de carne et de caseis et de lana, sive de omni fructu. Et in manso de Macanela, in ii pecias que se tenent, decimam. Affrontat: de orientis in canto de domo, de meridie in ripa, de occiduo et de circi in cingulo de Rocha sicut aqua vergit. Et in manso de Bunfiz Simfre, in ii pecias terre, decimam. Affrontat: de meridie et de occiduo in torrente; et in rocha de Filmea in una pecia terre, decimam et in pineda de s. Petro de Vilardel, in i.<sup>a</sup> coma terre, decimam. Et in manso de Compaies, decimam de pane et de carne et de vino et de caseis et de lana et de omni fructu. Et in manso de Raimundo Mironi, decimam de carne et de caseis et de lana.

Hoc est actum v.º kal. iul., a.º xviii.º regnante Ledoyco, rege iuniore.

S + m Bernardi de Rossilione; S + m Bernardi Isarni, clerici; S + m Petri de Terre Fredrer, baiuli; S + m Guillelmi de Puiades.

Arnaldus, monachus et sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1003.

1155,

agosto 18.

*Berenguer Reveter define al Monasterio el manso de Ruir.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 228 (n.º DCCCLVII).  
A. C. A., Cart., f. 170, n.º 548.

Sit notum cunctis hominibus quod ego Berengarius Reverter de Guardia diffinio et evacuo propter Deum et remedium anime mee Domino Deo et s. Cucufati atque domno Raimundo, abbati et omnibus monachis submissis sibi omnibusque successoribus illorum, ipsam albergam quam ego iniuste require-

bam in quodam manso s. Cucuphatia qui est in termino katri Maccephe; qui mansus vocatur mansus de Ruir. Et pro hac diffinitione sive evacuacione accepi a supradicto Raimundo, abbate, de bonis domus s. Cucufatis xv solidos denariorum, propter hoc, ut ego, neque aliquis per me, neque per meam vocem, ullum censum requirat in predicto manso neque in omni termino Maccephe. Si quis hoc . . .

Actum est hoc xiiii.º kal. sept., a.º xviii.º regni regis Ledovici iunioris.

S + m Berengarius Reverter, qui [7]; S.+m Iohannes de Martorel; S + m Berengarius Sanla; S+m Petri Magistro; S + m Raimundi de Apiera.

1004.

1155, noviembre 8.

*Sicardis, viuda de "Pileti", y otros definen a favor del abad Ramón todo el honor y bailia de Ripollet, excepto unos alodios sitos en "Torredella".*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 412; *Notes*, v, 228-9 (n.º DCCCLVIII).  
A. C. A., Cart., f. 70 v, n.º 276.

Cunctis sit manifestum qualiter Raimundus, s. Cucuphatis abbas, et conventus monachorum eiusdem loci, multociens venerunt ad contenciones et placita cum Sicardi, femina, uxore que fuit Pileti et filio suo, Guillelmi Peleti, et cum Raimundo de Cerdaniola et uxore sua, Ermessendi, filia predictae Sicardis, super omni illo honore et baiulia de Ripollete, unde iudicium fuit datum inter eos. Tandem vero per laudamentum et iudicium domni Petri de Rovira, ministri Militie Templi, et Bernardi de Bello Loco, atque Petri, sacriste, et Bernardi Marchutii, et Bernardi Poncii, et aliorum proborum hominum, clericorum ac laicorum ibi assistencium, et Bernardi Rubei, Barchinonensis canonici, ad finem et concordiam devenerunt de prescripto honore et baiulia cum s. Cucuphate, sicut hec presens scriptura inferius declarat. Qua propter in Dei nomine. Ego, supradicta Sicardis, femina, et filius meus, Guillelmus Peleti, atque filia mea, Ermesendis, et maritus suus, Raimundus, diffinimus et evacuamus et pacificamus ac reddimus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis, et domno Raimundo, abbati, et monachis suis presentibus et futuris, totum illum honorem et baiuliam de Ripollete, domos videlicet terras et vineas, et ortos, et molendina, et omnia arborum genera ubicumque aliquo modo habemus vel habere debemus cum regos et capud regos, et rescloses, et exaguadors, et cum censis et usaticis omnibus, simul cum omnibus alodiis et fevis quos ego, predicta Sicards, et maritus meus Peletus, quocumque modo unquam habuimus et tenuimus per s. Cucuphatem in omnibus locis, sic totum, cum ingressibus et egressibus suis integriter, et cum omnibus que ad predictum honorem et baiuliam pertinent vel pertinere debent, diffinimus, et reddimus, et evacuamus, ac pacificamus supradicto cenobio s. Cucuphatis et monachis suis +integriter+, exceptus illa. alodia que habemus per precariam cartam s. Cucuphatis apud Torredellam, sicut in illa carta precarie continetur, ac ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem et salvamentum eiusdem cenobii, de nostro iure et posse in ius et dominium Omnipotentis Dei et eiusdem cenobii s. Cucuphatis tradimus sine ullo... Hoc totum, sicut superius dictum est, fuit factum cum consilio supradictorum nobilium virorum, et Bernardus de Bellog fecit finem

et concordiam inter predictum abbatem et monachos et Sicardim predictam et filium suum Guillelmum Pileti, et filiam suam Ermessendi, et Raimundum de Cerdaniola, de omnibus querimoniis et malefactis que fuerunt facta per eundem honorem et baiuliam, et diffinunt ipsa malefacta ex parte comitis et ex parte episcopi sine engan utriusque partis. Si quis ...

Que est acta vi.º id. nov., a.º xviii.º regni Lodoici iunioris.

S + m Sicardis, femine; S + m Guillelmi Pilet., filii eius; S + m Ermesendis, filie eius; S + m Raimundi de Cerdaniola, mariti eius [1]; S + m Guileimi, Barchinonensis episcopi, +; S + m Bernardi, archidiaconi; PETRUS, SACRISTA, ss.; S + m Petri de Rovira; S + m Bernardi de Bellog; S + m Petri Bertrandi; S + m Petri de Sancto Minate; S + m Raimundi de Barberano; S + m Bernardi Machutii; S. + m Bernardi Poncii.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit, die et anno quod supra.

1005.

1155,

dieiembre 25.

*Bernardo de Garriga y su mujer con su hija definen a favor del abad Ramón un campo sito en el Prat y además le venden unos viñedos, por cuarenta sueldos y una medida de cebada.*

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 562.—• MAS, *Taula*, iii, 294; *Notes*, v, 229 (n.º DCCCLIX). A. C. A., Cart., f. 26, n.º 74.

Cunctis audientibus pateat qualiter ego Bernardus de Garriga, et uxor mea Nina atque Bernarda, filia nostra, nos insimul vendimus et diffinimus Domino Deo et s. Cucuphatis monasterio, et tibi Raimundo, abbati et monachis vestris, ipsum campum quem habemus ad ipsum Pratum. Qui affrontat: a parte orientis in manso Raimundi de Estaiera, a meridie in via que tendit ad predictum pratum, ad occiduo in fevo de Laceres, a parte vero circi in vineis s. Cucuphatis. Iterum autem vendimus vobis ac diffinimus quatuor quarteradas vinearum que fuerunt de ipsis vineis Guillelmi Petri de Serriano; et sunt iuxta predictum campum. Prescriptum vero campum cum quatuor quarteradas vineis vendimus ac diffinimus nos vobis predictis, cum ingressibus et egressibus suis, ut dici vel intelligi potest melius ad vestram utilitatem, et de nostro iure in ius et dominium vestrum tradimus ad vestram voluntatem. Accipimus a vobis pro hac venditione et diffinitione de predicto honore quam accepimus a vobis pro emendam ipsius mansi medietatem de Guadello, XL solidos denariorum et migeram i ordei. Si quis ...

Quod est actum viii.º kal. ian., a.º xviii.º regnante Lodovico, rege iuniore.

S + m Bernardi de Garriga; S + m Nine, uxoris eius; S. + m Bernarde, filie eorum, qui [1]; S + m Belot; S + m Bernardi Iozfredi; S + m Dalmatii de Cercitulo; S + m Raimundi de Valle Sicca; S + m Poncii, clerici.

Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit cum litteris rassis in linea vii die et anno quo supra.

1006.

1156, abril 8.

*Ramón de Muredena y su mujer ofrecen al Monasterio uno de sus hijos como monje, y unos alodios sitos en las parroquias de San Pedro de Reixach y de San Esteban de Ripollet.*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 412; *Notes*, v, 229-30 (n.º DCCCLX).  
A. C. A., Cart., f. 70 v, n.º 274.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus de Muredene, et uxor mea Beatrix, damus et offerimus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis unum ex filiis nostris, qui sit monachus eiusdem cenobii. Et damus eiusdem cenobio et monachis suis omnia illa nostra alodia, terras scilicet et vineas, ubicumque habemus vel habere debemus in comitatu Barch., in parrochiis s. Petri de Rexac et s. Stephani de Ripollet, in diversis locis, cum ingressibus et egressibus, integritate ac ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem et salvamentum eiusdem cenobii, de nostro iure in ius et dominium Omnipotentis Dei et eiusdem cenobii tradimus per suum proprium plenissimum et liberum alodium, secure et libere et in sana pace omni tempore, possidendum, aut quicquid ibi vel exinde abbas et monachi s. Cucuphatis ad salvamentum eiusdem cenobii facere voluerint absque blandimento ullius hominis vel femine, et sine ullius contrarietatis obstaculo. Et reddimus et damus eidem cenobio post obitum nostrum, totum illum honorem, sicut melius habemus et tenemus per Guillelmum de Ripollete per censum de duobus paribus caponuum; quem censum annuatim tribuatis Guillelmo de Ripollete et stiis successoribus. Si quis hoc fregerit supradicta in duplo componat [3].

Actum est hoc vi.º id. apr., a.º xviii.º regni Ledoyci iunioris.

S+m Raimundi de Muredene; S+m Beatrix, uxoris eius; S+m Bernardi, filii eorum; S+m Arnalli; S+m Poncii; S+m Petri; S+m Berengarii; S+m Bertrandi; S+m Guillelmi, fratrem eiusdem Raimundi, qui [ii] ; S+m Petri de Sancto Minate; S+m Geralli de Rivosicco; S+m Bernardi de Rochafort; S+m Petri Bertrandi.

S+m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in linea vi. die et anno quo supra.

1007.

1156, junio 21.

*Ramón Bort de Sarriá y su esposa permutan con el Monasterio un alodio con una casa, estanques, prados, etc., sito todo en la parroquia de San Cipriano de "Aqualonga" por unas tierras de la parroquia de Sarriá.*

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 554. — MAS, *Taula*, iii, 291; *Notes*, v, 230 (n.º DCCCLI).  
CARRERAS, *Notas*, 104. — SAGARRA, *San Vicente*, 67.  
A. C. A., Cart., f. 21 v, n.º 57.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus Burdi de Serriano, et uxor raea Iordana, damus et comutamus Deo et cenobio s. Cucuphatis, alodium nostrum proprium, videlicet domos, terras, et vineas, casales et cum uno sacrario iuxta

domum s. Cipriani, cum aquis, aquarum, cum cursibus et stagnis, pratis, pas-  
cuis, silvis, garricis, nemoribus, cum vallibus et planiciis, et cum accollationi-  
bus hominum atque defensionibus, simul cum omnibus suis pertinenciis et te-  
nedonibus, sicut melius habemus vel habere debemus per vocem nostre emptio-  
nis, in comitatu Barchinone, in parroechia s. Cipriani de Aqualonga. Termi-  
nantur autem hec omnia; ab oriente in ipsa strata, que pergit ad boschum  
s. Petri Puellarum, a meridie in alodio eiusdem s. Petri usque ad collum Vallis  
Vitrarie, ab occiduo in ipsa strata qua itur ad Fumetum, a circio in alodio ce-  
nobii s. Cucuphatis et in strata antiqua. Sicut ab istis terminis concluduntur et  
terminantur suprascripta omnia, cum ingressibus et egressibus, integriter, damus  
et comutamus Deo et predicto cenobio s. Cucuphatis, ac ut melius dici vel in-  
telligi potest, ad salvamentum eiusdem cenobii de nostro iure in ius et domi-  
nium omnipotentis Dei et eiusdem cenobii s. Cucuphatis in manu Raimundi  
abbatis, tradimus, per suum proprium plenissimum et liberum alodium [i] ad  
quicquid ibi vel exinde abbas s. Cucuphatis et eius conventus facere voluerint,  
sicut de aliis munificentis eiusdem cenobii, sine ullo nostro nostrorumque re-  
tentu. Accipimus per hac donatione et comutatione, peciam unam terre que est  
alodium s. Cucuphatis, que est in territorio Barch., in parrochia s. Vincentii  
de Serriano, sicut in nostra carta, qua inde nobis facitis, continetur. Si quis  
hoc.. .

Que est acta xi.º kal. iul., a.º xviii.º regni Ledoyci iunioris.

S + m Raimundi Burdi de Serriano; S + m Jordane, uxoris eius; S + m Rai-  
mundi; S + m Bernardi; S + m Arnalli, filiorum eorum, qui [i]; S + m Iohan-  
nis Bartolomei; S + m Iohannis Ervigii; S + m Carbonelli.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui...

1008.

1156, julio 1.

*El abad Raimundo da a Ramón de Ferigola y a su esposa la mitad del molino  
de Riba, del término de Rubí, fagando el receptor tres medidas de trigo.*

A. C. A., Monacales, perg. San Cugat, n.º 533 (olim 45). Orig.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris qualiter ego Raimundus abbas  
s. Cucuphatis cum cuncta congregatione || michi comissa, donatores sumus  
vobis Raimundo de Ferigola et uxori tue Bernarde et filiis vestris et cuncte  
proieniei || ac posteritati vestre, uni post alium indivisibiliter, medietatem ip-  
sius molendini de Ripa cum rego et capud rego et || glevariis et petris et cum  
omnibus ad illum molendinum pertinentibus. Qui molendinus est in terminio  
Rivirubii et || in parroechia s. Cucuphatis. Tali modo damus vobis ut vos et  
tota proienies ac posteritatis vestra unus post alium indivisibiliter habeatis  
ipsius molendini medietatem, sicut melius habebat Guillelmus Dalmatii, et do-  
netis nobis et suc || cessoribus nostris per unumquenque annum a festivitate  
s. Iohannis usque ad festum s. Michaelis eminas iii de optim{o} || frumento  
preparatum ad molendinum ad mensuram nostri pistrini, quem deferatis ad  
monasterium nostrum et non || aclametis ibi alium seniore vel baiulum nisi  
nos et nostros successores. Si quis hoc...

Que est facta kalendas iulii, a.° xviii.° regnante Leudovico, rege iuniore.  
+ Raimundus, gratia Dei s. Cucuphatis abbas; Geraldus, monachi; Poncii, ||  
monachi; Guillelmus, monachus; Poncii, monachi; Geraldus, monachus; Guil-  
lelmus, monachus; || Guillelmus, monachus; Jordanus, monachus; Geraldus,  
monachus; Bertrandus, monachus; Guillelmus, monachus; Raimundus, mona-  
chus; || Arnaldus, monachus.||  
Bernardus, subdiachoni, qui hoc ...

1009.

1156, julio 11,

*Nevia define al Monastrio lo que posee en Muszarra.*

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 599; *Notes*, v, 231 (n.° DCCLXII).  
A. C. A., Cart., f. 136 v, n.° 442.

In Dei nomine. Ego Nevia, femina, prompto animo et bona voluntate, diffi-  
nio et evacuo ac pacifico Dominio Deo et cenobio s. Cucuphatis, et monachis  
suis ibidem Deo servientibus, illum meum vivolarium et totum quantum quo-  
cumque modo habeo vel habere debeo in omnibus illis alodiis de Milione, et in  
omnibus illis alodiis que sunt in terminio castri Olerdole, et in terminio de  
Fodex, in parrochia s. Cucuphatis de Muszarra ubicumque, altare s. Iacobi,  
quod est constructum in ecclesia cenobii s. Cucuphatis Vallensis, habet vel  
habere debet in predictis terminis, per dimissionem qd. viri mei Vidiani de  
Sancto Vincencio. Supradictum quoque meum vivolarium et omnia mea iura  
que aliquomodo habeo vel habere debeo in omnibus prescriptis alodiis sic cum  
ingressibus et egressibus suis integriter, simul cum dote mea et sponsalicio,  
reddo et diffinio et evacuo Domino Deo et supradicto cenobio s. Cucuphatis,  
ac ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem, videlicet et profectum Om-  
nipotentis Dei et eiusdem cenobii, in manu venerabilis Raimundi, eiusdem loci  
abbatis, de meo iure in ius et dominium eiusdem cenobii, trado per suum pro-  
prium plenissimum et liberum alodium, secure et [a]. Accipio quoque pro hac  
diffinitione et evacuacione de bonis s. Cucuphatis xxv morabetinos bonos ai-  
adinos in atiro, sine engan; et est manifestum. Ego quoque Raimundus, supra-  
dictus abbas, convenio tibi Nevie, femine prescripte, quod si redieris de illo  
itinere in quo pergis Ierosolinam, si tibi necesse fuerit, donem tibi victum et  
vestitum in vita tua in monasterio s. Cucuphatis, si s. Cucuphas predictum  
honorem in sana pace habuerit. Si quis hoc. ..

Actum est hoc v.° id. iul., a.° xviii.° regni Ledoyci iunioris.

S+m Nevie, femine; S+m Petri Udalgarii Muti, mariti eius, qui hoc  
pariter laudamus et firmamus et testes firmare rogamus; S+m Guillelmi de  
s. Martino; S+m Arnalli de Bleta; S+m Bertrandi de Bellard; S+m Guil-  
lelmi Bermundi de Albareta; S+m Berengarii de Bleta; S+m Raimundi Ber-  
mundi; S+m Raimundi de Subirats; S+m Guillelmi, Barchinonensis epis-  
copi, +; S+m Geralli Alamagni; S+m Petri de Guardia; S+m Bernardi  
Marcucii.

S+m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1010.

1156, julio 24.

*Ines, esposa de Carbonell "Invidia", con sus hijos, ofrecen a San Cugat su hijo Bernardo como monje y un manso sito en "Rivo Rubeo".*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 294, *Notes*, v, 227-8 (n. DCCCLVI).  
A. C. A., Cart., f. 25v, n.º 73.

Presentibus futurisque pateat de Carbonellus de Invidia reliquit beato Cucufati filium suum Bernardum ad monachum faciendum, simul cum uno manso quem pater eius adquisierit per fevum ad abbate s. Cucuphatis. Propterea, ego Agnes, uxor supradicti Carbonelli, una cum filiis meis Dalmatio et aliis, diffinimus et evacuamus Domino Deo ac s. Cucuphati ac domno Raimundo, abbati, eiusque monachis in perpetuum, supradictum mansum, simulque offerimus iam dictum filium meum Domino Deo et beato Cucuphati, ut sit monachus presente congregatione supradicti monasterii. Est autem supradictus mansus in Rivo Rubeo, et in parrochia s. Petri Octavianensis. Si quis hoc...

Quod est actum nono kal. aug., a.º xviii.<sup>0</sup> regnante Ledovico, rege iuniore.

S + m Agnetis; S + m Dalmatii, filii eius, nos qui hanc oblationem facimus et firmamus, testesque firmare rogamus; S + m Petri de Castro Galindo; S + m Agnetis, uxoris eius; S + m Poncii; S + m Guillelmi de Ciravina.

Arnallus, monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1011.

1157, abril 28.

*Testamento de Sancha.*

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 219. — MAS, *Taula*, iv, 256; *Notes*, v, 232 (n.º DCCCLXIV).  
A. C. A., Cart., f. 148, n.º 479.

Quia debitum humane conditionis nullus mortalium possit evadere. Quapropter: in Dei nomine. Ego Sancia facio meum testamentum et eligo manumissores meos, scilicet: Dalmacius de Cercitulo, et Petrus Bonifilii, et Poncius de Cutina, ut si mori me... In primis dimito corpus meum ad monasterium s. Cucufatis ad sepeliendum cum manso de Abadia, qui est in valle de Canalies, in quo habitat Bernardus de Toroio, cum omnibus suis pertinenciis, et ipsum mansum de Canemeres, quem vir meus nomine Guillelmus Mironis mihi dimisit in suo testamento, et omnia mea alaudia que habeo et teneo vel possideo in parrochia s. Marie de Antiqua, et totam illam dominicatura de Mazana, et totum illum alaudium quod est ad ipsum Podium, ante ipsam ecclesiam s. Vincencii de Murro Curt, et totum illum alaudium de Pinels quod habeo et teneo et xxx.<sup>a</sup> solidos quos debet mihi Iohannes Tort, et est inde fideiussor \* Arnaldus Guillelmi de Vilalonga et xx quarteras ordeí et v de frumento quas mihi debet B. G. de Pinels et est fideiussor \* inde Arnallus Guillelmi. frater eius et ii moabetinos quos debet mihi Arnau de Granata et Bonus Mancipium fideiussor, et dimito ad opera capitis ecclesie s. Cucufatis vi moabetinos, quos michi debet Raimundus de Barberano, et sunt iii.<sup>or</sup> de uno cavallo quem illi vendidi, et duos quos illi accomodavi in auro, et v quarteras ordeí et migeram frumenti quas illi accomodavi, dimito ad pre-

dicta opera ecclesie; dimitto ad iam dicta opera vii sextarios ordeï, et iii quarters olei quos mihi debet uxor Guillelmi Arnalli de Turra et filius eius; dimitto ad ecclesiam s. Petri et ad eius clericos i mantellum; dimitto ad Iohannem, nutricatum meum, ii moabetinos, quos mihi debet Petrus Adalberti de Puliano, et viii solidos quos debet mihi Bernardus de Torroio, et unam guadengam ei dimitto veterem; dimitto ad ecclesiam s. Marie de Roure brovi i modiatam alaudii ad illum Podium.

Quod est actum iiii.º kal. madii, a.º xx.º regnante Lodovico, rege iuniore.

S + m Sancie, femine, que hoc laudo et firmo, testibus firmare rogo; S + m Dalmacii de Cercitulo; S + m Petri Bonifilii; Poncii, monachi; S + m Arnalli de Mata.

S + m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit die et anno quo ss. supra.

1012.

1157, mayo 4.

*Testamento sacramental de Pedro de Montornés.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 232-3 (n.º DCCCLXV).

A. C. A., Cart., 379, n.º 1099.

Hoc est exemplar fideliter translatum iudicii Petri de Montornes quod transcribi fecit Raimundus abbas s. Cucuphatis coram subscriptis testibus idoneis. Iudicium itaque sic se habet.

Exemplar ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti, nomine Petri de Montornes, cuius ordo infra vi menses coram sacerdote et Arnaldo, sacerdote, vicario Mironis iudicis, legaliter actus est. Nos, videlicet: Arbertus de Valle Romanis et Bernardus de Toroio, testes et iuratores sumus. Testificamus namque iurando et per altare s. Felicis... in ecl. bb. mm. Iusti et Pastoris... pleno sensu fecit suum testamentum, in quo elegit manumissores suos, videlicet; matrem suam Beatricem et Poncium, avunculum suum, et Raimundum de Montornes et Bernardum de Toroio, quibus precepit ut hii distribuerent omnem suum honorem et suam facultatem sicut hic iniunxit. In primis dimisit corpus suum monasterio s. Cucuphatis, ad monachum faciendum, cum ipso manso quem habebat in Lubricato, ipsum de Girberto Baroni quem Ricendis, avia sua, ei dimiserat in suo testamento, et diffimvit Domino Deo et s. Cucuphati ipse et mater sua et fratres sui ipsum campum de Curtes quem auferebant iniuste s. Cucuphati. Dimisit ecclesie s. Saturnini et ecclesie s. Vincencii et earum clericis ii moabetinos. Dimisit ut ecclesia s. Andree sit cooperta de suo avere; dimisit ecclesie s. Stephani de Villanova MD moabetinos et sedi s. Crucis sancteque Eulalie et episcopo i moabetino et Hospitali alium et Militie Templi suum cavallum et sua arma, dimisit ecclesie s. Eulalie de Campo per missas medietatem de illa vinea quam habebat in Lubricato cum avunculo suo Poncio et ut frater suus Guillelmus redirigat ei de aliis vineis suis quartam partem predictae vinee; dimisit Guillelmo, fratri suo, omnem suum alium honorem, exceptus illum quem superius dimisit pro anima sua et ut mater sua teneret illum honorem omnibus diebus vite sue, sine ullius blandimento. Si autem Guillelmus, frater suus, obiret sine infante de legitimo coniugio reverteretur eius honor ad sororem suam Poncetam, et mandavit et precatus est ut mater

sua et frater suus donent maritum sorori sue Poncete et persolverent sua debita de suo avere proprio dum habundaverit. Si non habundaverit, de suo honore persolveretur. Dimisit Guillelmo, fratri suo predicto, ipsum castrum de Montornes, cum omnibus fevis et omni honore quem habebat vel habere debebat ubique, exceptus predictum honorem quem superius dimisit pro anima sua. Hoc totum ita ordinavit predictus testator in suo testamento vi.º kal. febr., a.º xx.º regni regis Leduici iunioris, et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente langore, quo detinebatur, discessit ab hoc seculo eodem mense et anno. Hanc igitur... testatoris... voluntatem nos... vidimus... rogati extitimus in prescripto altari coram sac. et Arnaldo sac. vicario iudicis...

Late condiciones iii.º nonas may, anno prefixo regis.

S+m Arberti de Valleromanis; S+m Bernardi de Toroioni, nos huius rei testes et iuratores sumus; S+m Tidonis de castro Felicis; S+m Berengarii de Vico; S+m Berengarii, levite; S+m Berengarii, subdiachoni; S+m Bruneti, presbiteri, nos qui huic sacramento presentes adfuimus.

S+m Arnalli, presbiteri et vicarii iudicis, qui...

Transcriptum est autem hoc xiiii.º kal. iulii feria in.<sup>a</sup>, anno xx.º regni regis Ledovici iunioris. Testes vero huius transcriptionis sunt hii; Ss. Raimundus, gracia Dei s. Cucuphatis abbas.

S+m Guilelmi, sacerdotis Albiensis canonici, qui rogatu domni Raimundi, abbatis s. Cucuphatis hoc...

1013.

1157,

mayo 20.

*El abad Ramón establece a favor de Pons Bernat y de su esposa un alodio sito en la parroquia de San Esteban de Castellet, en diversos lugares.*

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 129, 235. — MAS, *Taula*, iii, 554; *Notes*, v, 233-4 (número DCCCLXVI).

A. C. A., Cart., f. 116, n.º 386.

Pateat cunctis qualiter ego Raimundus, Dei nutu s. Cucuphatis abbas, una cum conventu mihi comisso, damus tibi Poncio Bernardi, et uxori tue, Christiane, et omni proieniei ac posteritati vestre, uni post alium indivisibiliter, alaudium s. Cucuphatis et nostrum quod habemus in comitatu Barchinone, in terminio Kasteleti, et in parrochia s. Stephani, in diversis locis separatim. Damus autem vobis in primis, tres pecias terre ut ex illis quantum et decimum nobis donetis una quarum prima, affrontat: a parte orientis in riera, a meridie in alaudio s. Stephani, ab occiduo in alaudio s. Cucuphatis, a circio in strata publica que vadit ad Lacunam. Secunda pecia de Vila Alta terminatur: ab oriente et meridie in alaudio s. Cucuphatis, ab occiduo in alaudio de Vila Alta, a circio in alaudio s. Cucuphatis. Tercio vero pecia de Barbeles terminatur: ab oriente et meridie et occiduo in alaudio s. Cucuphatis, a circio in alaudio de Castellet. Iterum autem damus vobis quinque pecias terre separatim in diversis locis, ut ex illis nobis donetis tascham et decimum. Terminatur autem prima pecia terre: ab oriente in alaudio s. Stephani, a meridie in via publica, ab occiduo in alaudio s. Cucuphatis, a circio in riera. Secunda vero pecia,

ubi est vinea, ab oriente terminatur: in torrente de Fila Borres, a meridie in terra de Ferrer, ab occiduo et a circio in alaudio s. Cucuphatis. Tercia pecia, ad Tancaportes, terminatur: ad oriente in strata que vadit ad Lacunam, a meridie et occiduo et circio in alaudio s. Cucuphatis. Quarta vero pecia, ad Tancaportes, terminatur: ab oriente et meridie et circio in alaudio s. Cucufatis, ab occiduo in alaudio de Vila Alta. Quinta autem pecia, in qua est vinea, prope solarium, affrontat: ab oriente et meridie in terra de Ferrario, ab occiduo in alaudio de Castelet. Iterum autem damus vobis unum cellarium in villa s. Stephani, quod fuit de Petro Auriculatus, unde nobis donetis per censum annuatim gallinam unam. Supradicta vero omnia vobis et vestris damus, ut teneatis et habeatis omni tempore, cum ingressibus et egressibus suis ad servitium s. Cucuphatis et nostrum, ut ibi alium [b]. Et si necessitas vendendi aut inpignerandi vobis evenerit, licitum habeatis vestro consimili laboratoii, qui nobis vel nostris omnia superius compresensa attendat et compleat, et ut vos vel vestri qui supradictum honorem habuerint, sicut supra insertum est, maneat semper in nostro in villa s. Stephani. Si quis hoc disrumpere...

Quod est actum xiii.º kal. iun., a.º xx.º regnante Ledovico, rege iuniore.

1014.

1157, noviembre 20.

*Gerardo Ramón y su esposa e hijos dan al Monasterio el alodio que les pertenecía por permuta, situado en San Andrés de la Barca, como dote de su hijo Bernardo, monje de San Cugat.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 231-2 (n.º DCCCLXIII); *Notes*, xii, 99.

A. C. A., *Cart.*, f. 215, n.º 666.

Cunctis audientibus pateat qualiter ego Gerallus Raimundi et uxor mea Arsendis et filii mei, nos insimul, damus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis per hereditatem filii mei Bernardi quem ibi misi per monachum ipsum alaudium quem habeo in terminio Castri Vetuli et in parroechia s. Andree. Affrontat autem predictum alaudium: a parte orientis in via que tendit a Palacio apud s. Andream, a meridie in alaudio qui fuit Petri Marcucii et in vinea s. Andree, ab occiduo in alaudio qui fuit de Card Giscafne et in torrente qui discurrit per tempus pluviarum, a circio in predicto torrente. Quantum iste affrontaciones includunt, sic damus Domino Deo et s. Cucuphati et dompno Raimundo, abbati et monachis sibi subditis et omnibus successoribus eius, predictum alaudium, cum ingressibus et egressibus eius, ad faciendum quodcumque volueritis, et de nostro iure in iure et dominio vestro et potestate tradimus. Advenit michi Gerallo Raimundi per comutacione Rotlandi. Si quis hoc...

Quod est actum xii.º kal. dec., a.º xx.º regnante Lodovico, rege iuniore.

S+m Geralli Raimundi; S+m Arsendis, uxoris eius, qui [i] ; S+m Raimundi, filii eius; S+m Petri, filii eius; S+m Guillelmi, filii eius; S+m Rotlandi; S+m Olivarii; S+m Geralli de Rivosico.

S+m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1015.

1158, febrero 13.

*Pedro Oliver define a favor del Monasterio y de su abad Ramón un alodio que Pedro Bermón entregó al cenobio, y que radicaba en el término de Ripollet.*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 460 ; *Notes*, v, 234 (n.º DCCCLXVII).  
A. C. A., Cart, f. 63 v, n.º 243.

Omnibus hominibus sit manifestum quod ego Petrus Olivarii, diffinio et evacuo, prompto animo et bona voluntate, Domino Deo et s. Cucuphati cenobio et Raimundo, abbati atque suo conventui et illorum successoribus, illum alodium, quod Petrus Bermundi dedit s. Cucuphati et eius monachis, ad faciendam omnem illorum voluntatem. Est autem predictum alodium in terminio Rivipolleti; et affrontat: a parte orientis in flumine Rivipolleti, a meridie in vineis Guillelmi Peleti, ab occiduo in strata publica, a parte vero circi in alodio s. Cucuphatis. Omne hoc quod est infra istas **iiii** affrontaciones diffinio et evacuo s. Cucuphati, sicut suprascriptum est, ad faciendum quodcumque voluerint. Si quis hoc ...

Quod est actum idus febr., a.º xxi.º regnante Ledovico, rege iunior.

S + m Petri Olivarii, qui hanc diffinitionem [3] ; S + m Iozfredi; S + m Gerald de Rivosicco; S + m Petri de Laceras; S + m Raimundi Gerberti; S + m Reatrice, mater supradicti Olivari; S + m Bernardi, frater eius; S + m Berengarii, frater eius, nos omnes qui similiter diffinimus supradictum honorem s. Cucuphati.

BERNARDUS, subdiachonus, qui hoc scripsit...

1016.

1158, marzo 18.

*Carbonell Galcerán y su esposa definen al Monasterio unos viñedos que poseían en San Juan Despí, exceptuando un olivar. El cenobio les entrega un maravedí de oro.*

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 508, 532, 559. — MAS, *Notes*, v, 234-5.  
A. C. A., Cart., f. 240. n.º 749.

Sit notum cunctis quod ego Carbonellus Gaucerandi et uxor mea Arsendis, diffinimus et vendimus Deo et s. Cucuphati et tibi Bernardo, presbitero, illas nostras vineas, quas per nostrum planterium habemus in territorio Barch., in parrochia s. Iohannis Pini, ad ipsum Pontonalem, et sunt alodium eiusdem s. Cucuphatis, ac ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem eiusdem cenobii et tui, de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ad tuam voluntatem faciendam, sine ullo nostro nostrorumque retentu, preter Olivaria, quam ibi retinemus, salvis directis s. Cucuphatis. Accipimus a vobis pro hac vendicione et diffinicione unum moabatinum bonum aiadinum in auro, sine engan; et est manifestum. Si quis hoc fregerit...

Actum est hoc xv.º kal. apr., a.º xxr.º regni Ledoyci iunioris.

S + m Carbonelli Gaucerandi; S + m Arsendis, uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus; S + m Berengarii Gaucerand; S + m Arnallo de Palacio. S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc . .

1017.

1158, junio 23.

*Ramón de "Rubio" y su mujer ofrecen al Monasterio su hijo Ramón como monje, asignándole en concepto de dote la hacienda "Ulzina", sita en el término de Masquefa.*

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 235 (n.º DCCCLXIX).

A. C. A., Cart., f. 175, n.º 561.

Tam presentibus quam futuris sit manifestum. Qualiter ego Raimundus de Rubio una cum uxore mea nomine Ermesendis, donamus Domino Deo et s. Cucufatis cenobio, atque domno Raimundo, abbati omnibusque monachis sibi submissis, nostrum filium, scilicet Poncium, ad monachum monasterii s. Cucufatis faciendum, propter remedium nostrarum animarum sive parentum nostrorum. Et per hereditatem iam dicti filii, quem offerimus ad monachilem habitum in prescripto monasterio, donamus ac difinimus sive reddimus mansum, qui vocatur de Ulzina, cum omnibus suis pertinenciis, et mansum in quo Iohannes Pichoni habitat cum omnibus suis pertinenciis sive omne hoc quod qualicumque modo habemus, tenemus, ac possidemus, infra terminum katri Mazchefe, ita ut nos amodo in iam dicto honore nichil requiramus nec aliquis per nostram vocem, sed solidum et liberum sit alaudium s. Cucuphatis, sive habitancium illius monasterii, ad faciendam omnem illorum voluntatem, et de nostro iure in illorum dominium et potestatem tradimus vel mittimus, quantumcumque habemus vel habere debemus aliquo modo infra terminum predicti castri Maxchefe, ut monachi s. Cucuphatis faciant de illo honore quodcumque helegerint. Et si forte evenit, quod absit, ut prescriptus Poncius, filius noster, moreretur antequam acciperent abbas s. Cucufatis et monachi sui, alium filium in suo loco accipiant per eandem hereditatem qua supra dedimus, si ego et uxor mea mittere volebamus. Ad diem vero obitus nostri honorifice corpora nostra in cimiterio eiusdem monasterii recipiant per hereditatem aut superius dictam, qua dedimus s. Cucufatis monasterio et eius habitatibus, ob remissionem [c]. Si quis...

Quod est actum viiii.º kal. iul, a.º xxi.º regni regis Ledovici iunioris.

S + m Raimundi de Rubio; S + m Ermesendis, uxoris eius, nos qui hanc donacionem [4]; S + m ; S + m Bernardi de Clara; S + m Petri Magistri; S + m Petri Armigeri; S + m Petri Loret; S + m Raimundi, sacerdotis; S + m Berengarii, subdiachoni; S + m Petri, sacerdotis.

Arnallus, monachus et sacer, qui hoc . .